ita rursum omnes abieci bonas spes quin adhuc cõfidam, posse vtcunq; his malis obduci cicatricem si, vnũ hoc à Theologorum modò posset scholis impetrari, vt ablegata hac paululum affectuum tyrannide, sua ipsi vel candidê proponere, vel aliena audire modestê sustinerẽt. Nũc dum suę quisq; seruit opinioni, dũ factio cum factione pugnat, vixque quisq̃ æquis auscultet rationibus, periit omnis ferê literarum libertas. Scholæ & diatribę in tribunalia vel prætoria, ius penê suum ac amænitatem amiserũt: aut ita sanê rixis, conuiciiis, odiis, fauoribus, clamoribus laborant, ut disputationes sæpe multas, at nihil hinc cõcludi videamus. Vsq; adeo priuata partiũ studia cũcta vbique vitiant, cõtaminantq; quæ velut cubi illi platonici pessimas nobis gignũt harmonias. Atq;

3

SYLLO-GISTICON

hoc est:

ARGVMENTA, SEV Probationes & Resolutiones, in vtranque partem, hinc inde è Theologorum libris desumptæ, atque in nudas Syllogismorum formas redactæ, De re & Materia Sacramenti Eucharistici.

Cum Epistola ad Papistas Hortatoria.

per Io. Foxum.

LONDINI.
Excudebat Ioannes Daius.

Cum gratia, & priuilegio Reginea Maiestatis.

EXIMIO THEOLOGO

Ioã. Hardingo Collegij Χαλκοῤῥινω
.i. Titulo Ænei Nasi apud
Oxonienses præfecto.
Io. Foxus S.

SALVTEM in Christo Domino. Quod publicè & vniuersim communibus Theologorũ studijs, iudicijsq́ destinatum volui, id tibi seorsum & nuncupatim (Hardinge obseruãde Mæcenas, et in christo frater plurimum diligende) ceu pro tessera qualicunq́ meæ erga te voluntatis & studij mittere libuit. Scio enim, ac memini, nec excidet vnquàm, quantum Domino per te, tibiq́ in Domino pro veteribus in me officijs debeam. Neq́ putaui conuenire, vt quum puer olim ad literas has Academicas (quantulumcunq́ sit quod in Academia profecerim) Diuina per te prouidentia, tuoq́ apud Socerum impulsu primum attractus sum, adultior nũc factus segnior essem in referenda gratia, quã tũ in beneficio accipiendo sum visus. Accedit insuper ad hanc voluntatem erga te propensam non vulgaris stimulus.

Per-

Pernoui enim iudicij tui acrimoniã sine perti nacia grauẽ, et in hoc disputandi genere bene tritã. Neq verò dubitaui pro veteri candore tuo, quin aut argumenta ipsa, si quid præuari cẽtur, iustam censuræ tuæ animaduersionem sint subitura, aut ipse ex argumentis fructum veritatis aliquem sis percepturus. Quod vt possit contingere, votis omnibus exopto in Domino: Qui senilẽ ætatẽ tuam veritatis suæ luce, pariter & longa incolumitate cõfirmet stabiliatq ad perhennem salutis felicitatẽ. Amen.

AD PONTIFICIOS ET Rom. Ecclesiæ Sectarios quos vulgo papiſtas appellãt: Epiſtola hortatoria Ioannis Foxi.

QVVM tot tantasque contentionum turbas de re ac materia vnius ſacramenti adeò iner Chriſtianos feruere videamus, vt fraternæ charitatis nuſquã ferè integra ſit communio, dum de ſacra communione inter nos rixamur tantopere: optabile mihi cum primis fore videtur, ſi poſt longas tamq; atroces diſcordiæ procellas, tandem aliquando Chriſtianorum animi, vel ipſi ſua ſponte in pacis redire communionem velint: aut poſſit ſaltẽ aliquã pacificationis via iterum reſtituendæ cõmonſtrari. Atq; vt ſcio permultos eſſe, qui iiſdẽ me

cum votis ducuntur: ita nec defue- runt, qui hoc ipsum iam sæpe sunt conati sedulô: licet hic illi idustriam magis suam ostendere, quàm remedium afferre potuerunt. Vsque adeô infœlix quędam Ate, ac dissidiorum cacoethes, nescio quô mortalium his temporibus impellit ingenia: vt quod de terrigenis olim fratribus dictum sit, nulla tam leuis esse possit occasio, vnde non grauissimam ilico arripiam' pugnandi atq; digladiádi materiam. Nam alioqui cui nó mirum id, monstriq; simile videatur, ex ea re, quæ vna omnium maximè ad concordiam comparata sit, tantum discordiæ incendium có flari potuisse? Iam in hac tam morosa & irritabili mundi senecta, etsi difficile sit sperare bene, difficilius inuenire aliquid quod rebus tá desperatis mederi queat: attamen neq;

ita rursum omnes abieci bonas spes
quin adhuc cõfidam, posse vtcunq;
his malis obduci cicatricem si, vnũ
hoc à Theologorum modô posset
scholis impetrari, vt ablegata hac
paululum affectuum tyrannide, sua
ipsi vel candidê proponere, vel ali
um audire modestê sustinerẽt. Nũc
dum suę quisq; seruit opinioni, dũ
factio cum factione pugnat, vixque
quisq̃ æquis auscultet rationibus, pe
it omnis ferê literarum libertas.
Scholæ & diatribę in tribunalia vet
se prætoria, ius penê suum ac amæni
tatem amiserũt: aut ita sanê rixis,
conuiciis, odiis, fauoribus, clamori
b' laborant, ut disputationes sæpe
multas, at nihil hinc cõcludi videa-
m'. Vsq; adeo priuata partiũ studia
cũcta vbique vitiant, cõtaminantq;
quæ velut cubi illi platonici pessi-
mas nobis gignũt harmonias. Atq;

 hæc

hæc vobis potissimum debemus (ô viri Diuini) autorib⁹, qui primum barbaricam hanc vim in scholas introduxistis, vestrisque importunis tumultibus, concentũ ingeniorum ac iudiciorum omnem ê rebus humanis sustulistis. Atq; vtinam verô, quod de Orphei cithara fabulata est olim antiquitas, tale quiddam vel votis, vel orationi huic inesset nostræ, vt animos vestros tadem aliquando ab inueterata hac dissensionũ pertinacia ad æquas, aut aliquas saltem concordiæ conditiones reuocare possem. Neque enim difficilis adeô veritatis est per se indagatio: si abesset peruicax animi addictio. Sed sæpe hic se intermiscent affect⁹ cæci, partiumque magis quâm veri studium, omnia præiudiciis corrũpens. Tum nec desunt quorum animos occupauit commodi gloriæq;

respectus, ac mundi plausus, quæres quæ sua sunt magis quàm quæ Iesu Christi. Quo fit, vt recti veriq; sinceritas apud multos obruatur, priusquam cognosci aut inuestigari poterit. Iam sunt & qui in nōnullis apertam quoq; malitiā accusent, velut qui non inscitia aut cæco iudicii impetu in veritatem impingāt: sed agnitam vltro infestent impugnentq;. Quod scelus ab omni adeò & ratione & natura alienum est, vt mihi ne suspicari quidē libeat posse in quenquam vestrùm cadere. Neq; enim quenquam arbitror tam deploratæ esse salutis, tamq; abiectæ animæ, qui cum conscientia erroris, veritatis velit aut possit esse persecutor. Et tamen illud rursus nequeo in vobis (vt ingenuè fatear) demirari, quos quum non malitia, sed ignoratione hæc facere putem, sic tamen

ve-

veſtræ addictos ſentẽtiæ videam, vt eorum qui tam grauiter vos refellunt, nec ſcripta legere, nec cauſam cognoſcere libeat. Qui ſi non audeatis, quæſo quid aliud quã cauſæ veſtræ infirmitatem proditis? Sin faſtidio nõ dignemini, videte quâm iniquê comparatum â vobis ſit, qui velut in Areopageticis illis ſedentes tenebris, præcipiti inſcitia damnatis, quæ non diſcutitis, priusq; ſententiam fertis, quâm rem ipſam, cuiuſmodi ſit, ſcire audireq; libeat.

Quare agite, ô viri Diuini, & ſymmyſtæ venerãdi, ſi malitiæ morbo ſcientes prudentesq; (quod ſanê non arbitror) contra veritatem ſic ruitis congnitam, hortor vos veſtræ vt ſalutis miſereſcat. Sin (quod potius ſuſpicor, iudicii inopia, falſaq; erroris opiniõe hæc feciſtis hactenus, ſinite nunc pro modeſtia ve-

straid impetrari, vt si meliora doce
re nequeatis, doceri tamẽ modestê,
saltẽ audire alios ne pigeat. Tot iã
vbiq; extãt ĩ manib⁹ grauissimorũ
autorũ et copiosê, et dilucidè elucu
brata hac de re monumẽta, quæ si in
cõsiliũ atq; disquisitionem admit-
teretis, miror si quisquã sit tam præ
fracti animi, cui non tanta rerum cla
ritudo, hominumq; eruditio sit fa-
ctura satis. Aũt si ita vobis omnino
sedet animus, prolixiora eorum scri
ptã non attingere: at ne pigeat saltẽ
compendiariam hanc argumentorũ
farraginem ex ipsorum decerptam
libris attendere. Ita fiet, vt quid re-
bus insit ipsis vel veri vel falsi, faci
lè & cum bona gratia (modo veli-
tis) vtrinq; inueniamus. Idq; lon-
ge consultius duxerim, tum hoc ip
so ordine vestro dignius, q̃ Donati-
stas illos imitari furiosos, cum erro
re

re videlicet insaniam pariter coniũgentes. Nisi forte parum id vobis videatur, hæreticos esse, ni & homicidæ et grassatores sitis insuper. Quare agite tandem, si placet: Satis iam præiudiciis, satis affectibus, plus satis etiam sæuitiæ datum est: quæ nihil aliud quàm sæuitiam rursus inuitat aliorum, causam vestrã nihil iuuat. Quid hactenus profecistis ista violentia, videtis, & nimium hodie publica rerum humanarum calamitas testatur: quam vtinam nunc tam facilẽ vobis sedare in manu esset, q̃ excitastis incõsultẽ. Atq; verò si de remedio afferendo vobis vnquam cogitandum putetis, hinc medelam exordiamini oportet, vnde pfluxit morbi occasio, Primumq; illud ante omnia prospiciendũ fuit, ne quid vsquam in doctrina moribusq; vestris esset, quod verbo Dei non per

omnia

omnia congrueret. Nam alioqui ha
bet hoc quidem ecclesia, cum mari
hoc magno ac feruido commune: in
quo si quid immittatur impurum,
crassum aut mortuum, diu retinere
haud queat, quin lõga iactatione tã-
dem in littus alicubi eiiciat. Deinde
si id vitari in tanta naturæ caligine
& infirmitate non potuit, proximũ
erat, rectè monentium consiliis au-
res præbere, ac monere mutuũ. Po-
stremò si errores quoquo modo tu-
endos induceretis: erat tamen ea te-
nenda moderatio, quæ in priuata ve
stra simultate, publicam hanc orbis
Christiani calamitatem discordiãq;
excluderet. Nec erat forsan difficile
tum, quũ primùm hæc subnasci cœ-
pit opinionum dissẽsio, perleui mo
mento vniuersam hãc amputare ma
lorum materiam: nempe si exclusis
inconsultis affectibus, sobria mo-

de-

destaq; consilia hos animorum feruores compescere potuissent. Nunc his modestiæ finibus non contenta ferocia vestra, dum furore ac cæde miscet omnia, orbem vniuersum ea inuoluit perturbatione, quæ nihilo minus vestris nunc minatur capitibus q̃ aliorum. Planeq; iuxta parœmiã, vestro ipsi iumẽto vapulatis.

Siquidem dum causam quam habetis malam, fortius quâm prudentius tueri maluistis, inscitè tractando planè prodidistis. Dumq; nimio studio vestrarum partiũ, diuersam deprimere factionem cogitastis: eò res prouecta est, vt si dextrè vertat rerum humanarum scena, ita vt incepit, futurum videtur breui, nihil in orbe odiosius fore abiectiusq; q̃ Pfafforum & Papistarum nomen: quod quanta nunc vbiq; laboret inuidia, videtis. Quanquã minima est

hæc quidē mali pars, quòd apud homines hanc conflaſtis infamiā. Magis formidanda eſt ira ac vindicta ſupremi numinis, quę ſi ſanguinem ſuum, quem veſtra iā diu hauſit inclementia, vlciſci cœperit: quāto id demum vobis periculoſiuturum ſit, ſapiēter ac maturè cogitetis velim. Quòd ſi principū ac monarcharum iſtis fauoribus, victoriæ fiduciā in ſæuitia, in gladiis, in fuſtibus habetis poſitam: bis erratis, malā videlicet cauſam peius defendētes. Iāq; ex his ſat videtis procœmiis, quantū in neruum vis hæc eruptura ſit denique. Sin autem, quod vobis dignius eſt, modeſtis æquiſq; argumentis veritatem potius diſpiciendam arbitremini: agite habetis, ſi vſquā aliàs, tot hodie tāq; eruditos ſcriptores, modo æquos vos lectores præbeatis, quid abunde cuiuſque ſatiſ-

faciat conscientiæ, nodosq; omne huius sacramenti discutiat. Quan-ꝗ quos hic nodos inueniát Christiano-rum mentes, in re tam facili & luculenta, mirari satis nequeo. Quis enim modò qui nouit mortem & crucem Christi totius mundi vitam esse ac iustificationem, non statim hoc ipso colligat, quid Dominus sacramentali hoc panis potusq; epulo significari voluerit? Quod si quis verba Christi hic vrgenda putet, nihilo sanê is mihi concinnius videtur facere, quàm si regnum Christi de hoc mũdo esse, eiusq; doctrinam putet eiusmodi, quæ vêtres pascat. Quum nihil minus hac quidẽ in re cogitarit sublimis illa Christi & cœlestis sapientia, sicut & ipse alicubi Capernaitis disertê expresserat. Et tamen si quis verba etiã Christi in iis mysteriis retinẽda putet, me nõ ad-

 modum

modum inuitum neq; aduersum in iiciēdo calculo habiturus est: quū præsertim & priscis illis veterum Doctorum temporibus idem facti- num cōperimus, apud quos in vsu eadem ipsa loquendi formula, qui- bus et ipsi hodie in sacris vtimur in vsu erat: at ita tamen, vt in tota illa tamq; longa ætate, nulla interim eos de materia & subiecto huius sacra- mentilis vnquam aut contentio in- tercesserit. Neque verò mirum. In promptu enim causa est. Siquidem illi cœnā corporis & sanguinis Do- mini celebrantes, vsitatis scripturæ vocabulis contenti, nihil vltrâ sibi quærendum cēsuerunt. De subiecto accidentibus sacramenti, nulla a- pud eos cogitatio. Transubstantia- tionis vocabulum nondum repertū fuit, quia Thomas Aquinas adhuc orbi erat incognitus. Nusquam fa-

cramenti habebatur ostensio: nulla adoratio, tametsi iusta reuerentia apud pios Christianos nunquam defuit. Etsi tũ synaxis erat inter Græcos, quæ nunc communi Germanorum lingua, Missa dicitur, etsi porrò sacrificii nomẽ in memoria fuerat: nullum tamen sacrificium Missæ apud eos constat fuisse expiatorium, præter vnicum illud agni immaculati, qui abstulit peccata totius mundi: neq; certè, si fuisset, tantam vnquam in ecclesia blasphemiam Augustinus, Ambrosius, Tertullian⁹, Origenes, Cyprianus, aliiq; pertulissent. Sed hæc tum, vt dixi, inaudita Christianis auribus erant, & oculis incognita. Postea rebus in deteri us prolabẽtibus, pariter cum nouo seculo nouum subiit theologorum genus, cuncta in quæstiunculas secã tium ac resecantium. In quibus, sũmo

mo illi conatu, pro ſuo quiſque cap
tu, ſubtilitatem ingenii ſui oſtende
re certauerunt. Quóque illi ſubtili-
ores eſſe in rebus ſacris ſtuduerunt
hoc magis, magisqué religionis a-
pud Chriſtanos periit ſimplicitas.
Itaque non contenti iam homines
ſcripturæ proprietate, ſimpliciqué
earũ rerũ quæ proponebantur inſti-
tutione, nec vſu quẽ â maioribꝰ per
manus acceperant, altius porrò pe-
netrare, ac minutim quæque eruere
ac rimari, velutqué ſtructis aggeri-
bus in cœlum ipſum ruere pluſquã
Gigãtea curioſitate moliti ſunt. Ibi
tum relicto nudo vſu fructuqué ſa-
cratæ cœnæ, de modo præſentiæ, de-
que materia & ſubiecto ſacramenti,
de vnione ſigni & ſignati, de locali-
tate, perſonalitate, realitate (agnoſ-
cis enim lector Neotericæ huiꝰ the-
ologiæ floſculos) perquiri cœptum

est. Iamquè non sat erat, panem & vinum sanctificatum honoraria appellatione donari corporis & sanguinis Domini: placuit insuper panem ipsum & vinũ, profligata substantia priori, in hypostasin & carnem Christi prorsus depanescere. Tanta erat tum ingeniorum subtilitas. Moxq; consequuta transubstantiationis nouæ theologiæ nouũ vocabulum, quæ panem quidem auferret è sacramẽto, at ita, vt accidentia panis nihilominus manere placeret. Subsequuta deinde ostensio & veneratio, quæ Christum quidẽ totum in sacramento præsentem statuat: sed ita, vt eundẽ nullo interim loco circumscriberet. Post hæc rursus sequutum est Missæ sacrificium, non iam ad memoriam vnici & veri illius sacrificii, maiorũ more: sed expiandis viuorum & mortuorum

pec-

peccatis comparatum. Quasi verò non vna sit duntaxat, peccata totius mundi tollendi ratio. Quòd si quid amplius huic supfuisset negocio perficiendo: frustra igitur in cruce Dominus conclamauit, Consummatū est. Atque hæc quidē omnia priscis hactenus tēporibus, adusqꝫ Innocentium tertiū inaudita, tota hæc in ecclesiis Christi maria turbarunt ab imo. Nec iniuria. Quis enim æqua præditus conscientia Christianus, æquis intueri oculis potuit, sacramenta Christi pro Christo ipso haberi, symbola pro rebus coli, sustolli, adorari, atque etiā sacrificari, idque pro peccatis viuentiū & morientiū piādis? Quasi Christi nō par sit vna omnibus tollendis peccatis victima. Quo quid absurdius dici aut cogitari in religione potuit Christiana? Quippè si negotiū redēptionis no-

ſtræ, adhuc indigeſtum & inchoatū, in ea uerſetur conditione, vt Miſſarū huiuſce adminiculis, velutiq; ſuprema pōtificis Rom. manu egeat: videte quæſo, quo tandem rē Chriſtianā deducturi ſitis. Quapropter iterū atq; iterum veſtra hic vigilet prudentia, vos hortor in Domino. Quôd hactenus tot mitiſsimorum Martyrū immitiſsima funera dediſtis, idq; præter oēm cauſam, datū id ſit furori veſtro. Tandem aliquādo finem habeat crudelitas, quo cōcordia principiū inueniat. Quòd ſi vos tantopere capiat conſuetudinis (vt ſolet) admiratio, eamq; putetis antiquitate metiendam: agite, nihil magis poſtulo, q̄ vt vincat ea pars, quæ vetuſtate ſuperior, ac temporibus Apoſtolicis vicinior fuerit. Sin potius argumentis placeat, æquisq; rationib⁹ rem decernere, en vobis, ne hac

ne hac quoq; parte vestræ videamur deesse vtilitati, arguméta quædã ex idoneis & eruditis scriptoribus selectiora, atq; in artis modũ formãq; compreheñsa. Quæ si iudiciis vestris minus satisfacere videbuntur: erit id æquitatis vestrę & officii tantundem vicissim operæ in melioribus proferendis vestris nostrisque hisce redarguendis accõmodare. Sin coniuncta cum veritatis patrocinio arbitremini, liceat tum quæso pace vestra iisdem Augustini verbis vos cõpellare, quib⁹ ipse ad vincẽtiũ scribẽs, nos oẽs admonet: nolite fratres contra diuina tam multa, ãtq; certa et indubitata testimonia, colligere velle calumnias ex episcoporum scriptis, siue nostrorũ, siue Hilarii, siue Cypriani, & Agrippini &c. Neque enim, vt idem ad fortunatũ scribit, quorũlibet disputatiões quã tum-

tumuis catholicorũ & laudatorum hominũ, hoc ius habẽt, vt nobis nõ liceat (salua eorũ honorificẽtia) aliquid ĩ eorũ scriptis respuere, siquid sẽtire sec⁹, q̃ verũ habeat, inueniant. Itaq; vt Decretalis habet canõ, qui cõtẽpta ueritate, prius habet vel homines, vel cõsuetudinẽ sequi, is aut circa fratres malignus est & inuid⁹, quib⁹ veritas reuelat: aut circa Deũ ingratus, cui⁹ inspiratione ecclesia eius instruit: qui dicit, Ego sũ via, veritas & vita. Itaq; manifestata veritate, cedat veritati consuetudo & pertinacia. Petr⁹ qui circũcidebat, cessit Paulo veritatẽ afferenti. Decret. dist. 8. Dñs Ies⁹ animos vestros flectat dirigatq; ad ea quæ pacis sunt & veritatis & salutis vestræ.

Amen.

ARGVMENTA
ET PROBATIONES IN vtramq; partem de transsubstantiatione & materia Sacramenti, in certos modos & figuras syllogismorum congesta.

¶ Argumentum à definitione.

Da Creatura seu fructus vitis, substantia est vini, nō sanguinis.

Christus in cœna post verba consecrationis fructum vitis bibit.

Bibit ergo vini, non sanguinis substantiam.

¶ Minoris probatio.

Minor constat ex verbis Christi: Non bibam posthac, &c. Bibebat autē nō nisi post cōsecrationē calicis.

tumuis catholicorũ & laudatorum hominũ, hoc ius habẽt, vt nobis nõ liceat (salua eorũ honorificẽtia) aliquid ĩ eorũ scriptis respuere, siquid sẽtire sec⁹, q̃ verũ habeat, inueniant. Itaq; vt Decretalis habet canõ, qui cõtẽpta ueritate, prius habet vel homines, vel cõsuetudinẽ sequi, is aut circa fratres malignus est & inuid⁹, quib⁹ veritas reuelat: aut circa Deũ ingratus, cui⁹ inspiratione ecclesia eius instruit: qui dicit. Ego sũ via, veritas & vita. Itaq; manifestata veritate, cedat veritati consuetudo & pertinacia. Petr⁹ qui circũcidebat, cessit Paulo veritatẽ afferenti. Decret. dist. 8. Dñs Ies⁹ animos vestros flectat dirigatq; ad ea quæ pacis sunt & veritatis & salutis vestræ.

Amen.

ARGVMENTA ET PROBATIONES IN vtranq; partem de transubstantiatione & materia Sacramenti, in certos modos & figuras syllogismorum congesta.

¶ Argumentum à definitione.

Da Creatura seu fructus vitis, substantia est vini, nō sanguinis.

ti Christus in cœna post verba consecrationis fructum vitis bibit.

si Bibit ergo vini, non sanguinis substantiam.

¶ Minoris probatio.

Minor constat ex verbis Christi: Non bibam posthac, &c. Bibebat autē nō nisi post cōsecrationē calicis.

¶ Argumentum ex D. Paulo.

Da Fractio et participatio fit post verba consecrationis.

ri Panis est qui frangitur.

j. Ergo panis est post consecrationem.

¶ Minoris probatio.

Minor est Diui Pauli, 1. Cor. 10. Panis quem frangimus nónne communicatio est corporis Christi? & rursus, Quia de vno pane participamus, &c.

¶ Obiectionis delutio.

Quod si obiecerint aduersarij, Paulinum locum hunc de accidentibus, non de substantia panis accipiẽdum: sic occurritur.

Fe Accidentia non sunt accidentium, sed substantiæ primæ.

ri Fractio eſt accidens.
o Ergo fractio nõ pertinet ad accidẽtia, ſed ſubſtantiã panis.

¶ Maioris probatio.

Ex definitione ſuſtantiæ primæ: ſubſtãtiæ enim primæ ſunt, quæ ſubſtant accidentibus, alioqui accidentia eſſent & ipſæ ſubſtantiæ.

¶ Aliud ex eadem figura.

Perpetuorum accidentium coaeternatio eſt reipſa ſpeciei proprietas. Canon eſt Dialecticorũ, vbi tractant de adiunctis & accidentibus. Hinc robur accipit argumentum:

Da Poſitis perpetuis ſpeciei accidentibus, neceſſariò ponitur ſpecies.
ri Ponuntur autem & manent perpetua panis accidẽtia poſt

verba sanctificationis, species, odor, gustus, longitudo, latitudo, quantitas, fractio, manducatio, corruptio & putrefactio, &c.

j. Manet ergo & materia panis.

¶ Argumentum in secunda figura.

Ba Sustantia huius sacrameti est corruptibilis.

ro Caro Christi non est corruptibilis.

co. Ergo substantia huius sacramenti non est caro Christi.

¶ Minoris probatio.

Maior sic astruitur ex certo philosophiæ canone. Quod si enim reclament aduersarij, panis accidetia corrumpi, non substantiam: respondetur ex philosophia, quòd corruptio & gene-

& generatio, quæ est prima species motus, propriè ad substātiæ Prædicamentū attineat, non ad accidētia.

¶ Minoris probatio.

Ex Psal. Non dabis sanctum tuum videre corruptionem. &c.

Argumentum ex Nomine rei, in 1 figura.

Ce Nulla signacula, symbola, figuræ, significationes, repræsentationes rerum, sunt res ipsæ propriè.

la Omnia sacramenta sunt signacula, symbola, figuræ, significationes, & repræsent.

rēt. Ergo nō sunt proprie res ipsæ.

¶ Maioris probatio.

Maior probatur ex relatiuè oppositis. Signa enim & res signatæ sunt correlatiua: quæ natura nun-

quam in idem subiectum coincidũt. & August. in sententijs Prosperi: Signa pro re accipere, quæ significatur, seruilis infirmitatis est. &c.

¶ Maioris probatio.

Augustinus de catechisandis rudibus, sacramentum signaculũ vocat. Hieronymus lib. 4. in Mat. cap. 26. repræsentationẽ nominat. Tertullianus lib. 4. contra Marcionem, figuram dicit. Ambrosius & Chrysostomus significationem appellant sacramentum. &c.

Argumentum ex testimonijs.

Ba Qualis est conuersio nostrorũ corporum in immortalitatẽ talis est conuersio panis in corpus Christi.

ro Corpora nostra non conuertũtur

tur ſecundum ſubſtantiam in immortalitatem.

ro. Sic igitur panis non conuertitur ſecundum ſubſtantiam, ſed ſecundū qualitates quaſdam, in corpus Chriſti: hoc eſt, à communi pane in myſticum panē, & eucharistiā.

¶ Maioris probatio.

Maior eſt Irenæi, libro contra Valentinum. 4. cap. 34.

Argumentum in 2. figura.

Ca. Caro Chriſti conuerti non poteſt in carnem noſtram & ſanguinem.

ſa Materia ſacramenti vertitur in carnem & ſanguinem noſtrum.

re Materia igitur ſacramenti nō

est caro Christi.

¶ Maior duplici nomine firma constat.

1 Primùm eo, quòd corpora nostra tum alerentur humano sanguine & carnibus: quod dictu perabsurdum est, & lege vetitum.

2 Deinde, quòd per carnem nostrā & sanguinē caro Christi fieret corruptibilis, quod peræquè absurdum est.

¶ Minoris probatio.

Minor est Iustini martyris. Apolog. 2.

Argumentum ex Origene.

Da Quod in sacramento sumitur materia panis est.

ti Sumitur autē sacramētum post consecrationem.

si Ergo

ſa Ergo poſt conſecrationem panis eſt.

¶ *Maioris probatio.*

Minor eſt Origenis in Mat. cap. 15. & Auguſtini de trinitate li. 3. cap. 10. Panis, inquit, ad hoc factus, in accipiẽdo ſacramẽto conſumitur.

Argumentum in. ii. figura.

Fe Non eſt eiuſdem rei ſimul oſtẽdere aliud, & oſtendi.

ri Vinum poſt ſanctificationẽ oſtẽdit ſanguinem Chriſti.

o Ergo vinum poſt ſanctificationem non eſt ſanguis Chriſti, qui oſtenditur.

¶ *Minoris probatio.*

Maior hinc liquet, quòd oſtendere & oſtendi, quum actionem & paſsionem ſignificant, quæ contraria

riæ inter se sint conditiones, in eandem rem simul & respectu eiusdem cadere nequeant.

Minoris probatio.

Minor est Cypriani lib. epist. 1. epist. 3.

Argumentum ex Theodoreto, in. 3. figura.

Fe Natura & substantia prior sacramentorum non recedit.

ri Natura & substantia prior Eucharistiæ erat panis & vinum.

son. Ergo panis & vini substantia non recedit.

¶ Maioris probatio.

Maior est Theodoreti dialog. 1. Manent enim ἐπὶ τῆς προτέρας οὐσίας καὶ τοῦ σχήματος καὶ τοῦ εἴδους.

Argumentum ex Emisseno, in. 2. figura.

Ca Talis fit mutatio sacramenti in cor-

in corpus Domini, qualis nostri fit in Baptismo.

ues Nostri mutatio non est secundum substātiam in baptismo.

tres. Ergo nec sacramenti mutatio fit secundum substantiam in corpus Domini.

¶ Maioris probatio.

Maior est Eusebij Emiss. de consecratione distinct. 2. Quomodo inquit, tibi nouum & impossibile non debeat, &c.

Argumentum à loco definitionis, in 3. figura.

Da Panis est multorum granorū in vnam massam congesta adunatio.

ti Adunatio multorum granorū in vnam massam cōgesta, est in sacramento post consecrationem.

tionem.

ſi. Ergo panis eſt in ſacramento poſt conſecrationem.

¶ Minoris probatio.

Minor aſſeritur ab Auguſtino lib. de Baptiſmo cōtra Donatiſtas, vbi ait: Nam quando Dominus corpus panem vocat de multorum granorum adunatione congeſtum. &c. Si obijciant illi, panem hunc intelligendum, qui ante conſecrationē fuerat: verba quæ conſequuntur facilè hoc cauilli depellunt, vbi mox ſubijcit ille: populū noſtrum, quem portat, indicat adunatū. &c. Vnde ſic ſtruitur argumentū in. 2. figura.

Fe Panis communis, anteqnam cōſecratur in ſacramentum, nihil indicat.

Augustinus loquitur de illo pane qui rem sacram indicat.
Ergo de communi atque consecrato pane nõ loquitur Augustinus.

¶ Argumentum ex Augustino.

Da. Omnis res sacramentalis naturam & veritatem rerum earum continet, ex quibus cõficitur.
Sacramentum Eucharistiæ cõficitur ex pane & vino.
Ergo natura & veritas panis & vini manet in sacramento eucharistiæ.

¶ Maioris probatio.

Maior est Augustini, de consecratione, distinct. 2.

¶ Aliud ex Chrysostomo.

ARGVMENTVM

Da Idē in mysterijs bibebat Christus cum discipulis, quod post resurrectionem cum illis biberat.

ti Bibebat post resurrectionem vinum cum discipulis.

si Ergo in cœna vinum cum illis bibebat.

¶ Maioris probatio.

Maior ex Chrysostomi verbis liquet, in Mat. hom. 83. Cap. 26. Quando hoc mysterium tradidit, vinum tradidit. Et ibidem: Etiam pòst resurrectionē in nuda misterij mensa vino vsus est. &c.

OBIECTIONES ADVERSariorum, pro trāsubstantiatione.

Aduersarij tres potissimū causas

sus suo astruendo errori prætexunt:
verba Christi, omnipotentiæ miraculum, Doctorum consensum.

¶ Prima aduersariorum ratio.

Christus dixit: Hoc est corpus meum.

Ergo est corpus Christi.

¶ Responsio.

Concedo consequentiam, & consequens, neque enim negamus panē esse corpus Christi.

¶ Aduersarij.

Est corpus Christi.

Ergo non est panis.

¶ Responsio.

Negatur consequentia.

¶ Probatio aduersariorum.

Regula est dialecticorum: posita vna specie remouentur omnes disparatæ. Non potest enim disparatum

de disparato prædicari.

Proinde si sit corpus Christi.

Panis igitur esse non potest.

¶ Responsio.

Respondeo ad maiorem cum distinctione. Est enim apud Dialecticos prædicatio triplex. Regularis. Figurata. Inusitata. Iuxta regularẽ prædicationem, haud inficior verũ esse, disparatum de disparato prædicari nõ posse, vbi videlicet species de indiuiduo, vel vbi de specie aut indiuiduo genus, differentia, proprium, aut accidens prædicatur. Ceterum iuxta prædicationem figuratam nihil obstat, quin disparatum possit de disparato affirmari, vbi videlicet sermo proprius non sit, sed tropicus, metaphoricus, atque improprius, quo

quomodo sæpe tyrannos appellamus lupos. Hominem humanum, candorem ipsum nuncupamus. Discipuli Christi, sal terræ, lux mũdi a christo dicuntur. Sic Christus sese panẽ vocat, vinum idem, alicubi vermis, nõ nunquam leo dicitur. Atque hæ propositiones cum interpretatione congruunt cum regularibus, vt tyrãny sunt similes lupis. Apostoli similes existunt sali, Luci. Corpus Christi simile est pani qui nutrimentum præstat hominibus. &c. Quippe in his propositionibus iam non disparatum de disparato: sed accidens de subiecto dicitur.

Respondeo itaque ad maiorem. quæ si substantialiter intelligatur,

vera eſt: ſin figuratè aut metaphoricè accipiatur, falſam affirmo. Dicoq́ verba hæc, Hoc eſt corpus meum, eſſe quidem verba Chriſti: deinde et veriſsima eſſe confirmo, ſed iuxta ſenſum eum quo dicta ſunt: hoc eſt, theologicè, non Gramaticè verba accipiendo. Quur ita iuxta figuram interpretor, tum varia me cogunt, tum quatuor potiſsimum. 1. Abſurditas pugnans cum omni ratione, philoſophia, ſenſu communi, & experientia. 2. Præceptum Dei duplex: primùm Deuteron. 5. Non facies tibi ſculptile, nec ſimilitudinē omnem, quæ vel in cælo ſurſum, vel in terra ſunt deorſum, & quæ in aquis quæ ſub terram ſunt, &c. quod præceptum violaſſet Chriſtus, &

violarent hodie christiani, quicunq; conflarent sibi vllam similitudinem ad adorandum, &c. Deinde præceptum illud Gen. 9. vbi data est Nohæ omnis potestas vescendi animalibus terræ, volucribus, piscibus, oleribus tantum iussus est ab humana carne, & humano sanguine abstinere, tanquam à re nephanda, &c. Tertiò, Regula Augustini, quæ iubet in interpretandis scripturis, vitandæ absurditatis causa, ad figuras decurrere, & concinnam quærere interpretationem. 4. Analogia & conuenientia scripturarū. Nunquam enim reperio hoc verbum, Est, inter duo corpora positum, substantialiter accipi, sed theologicè & spiritualiter. Nam alioqui, quum Christus dicit

se panem esse qui de cœlo descendit, eadem ratione qua vos vertitis substantiam panis in substantiam Christi nos itidem verteremus substātiam Christi in substantiā panis, præter alios innumeros eiusdem analogiæ locos. Ex quibus multas possem demonstrationes adferre, si meæ essent opponendi partes Nunc vos qui argumentandi vices sustinetis, probate demum, hæc Christi verba intelligi oportere Grammaticè, non Theologicè: hoc est, iuxta literam, non iuxta spiritum. Sed scio id vos nunquam effecturos.

¶ Secunda aduersariorum obiectio.

Depulsi deinde à nudis Christi verbis, ad miraculum confugiunt diuinæ omnipotētiæ, non quod videant

vsquam, sed quod imaginantur: in hunc ratiocinantes modum.

Potest Deus pro sua omnipotentia id facere:

Nobis ergo simpliciter credendum est.

¶ Responsio.

A posse ad esse infirma est consequentia. Atq́ vt ab hoc etiam perfugio eos propulsemus, audiendus est Augustinus, quid hac de re dicat. qui de trinitate scribens lib. 3. capi. 10. miracula nulla admittit in Eucharistiæ sacramento, his nimirum verbis: Sed quia, inquit, hæc hominibus nota sunt, quia per homines fiunt, honorem tanquam religiosa possunt habere, stuporem tanquam mira non possunt. Hæc ille Breuiter

 per

per totam scripturæ seriē, nunquam hactenus per miraculum effinxit, aut mutauit aliquid Deus, quin pariter cum substātia mutarit & accidentia. Pergamus ad tertiam obiectionem.

¶ Tertia aduersariorum obiectio.

Tertia verò eorum obiectio, non tam ratione aliqua & doctrina nititur, quàm calliditate quadam & arte constat. Detruncantes enim patrum dicta, atque ad suum intorquētes institutum, dissimulatis interim ijs, quæ rem aperiebant, orbi hactenus persuadere aggressi sunt, Doctores omnes ac classicos autores pleno consensu cum hac ipsorum opinione facere. At nunc simulatq́ scripta ipsorum perpendi cœperunt dili-

ligentius, longè ſecus res habere comperta eſt. Coguntur'que & hoc nunc illi ſimiliter perfugio cedere, quando facile omnes perſpiciant mortales, id'que maximè ex Doctorum teſtimonijs, doctrinam hanc de tranſubſtantiatione prorſus neotericā eſſe, nihilq́ planè cum veteri eccleſia cōmune habere. Nā etſi verba forſan apud eos alicubi reperiantur, de mutatione panis & vini, de præſentia corporis & ſanguinis in cœna, frequensq́ inſuper ſit mentio ſacrificādi & ſacrificij: expenſis nunc tamen eorum ſcriptis, facilè cūctis perſpcuum fit, quid his vocabulis voluerint: nempe quòd mutatio hæc rerū ſacramentalium in vſu ſit, non in ſubſtantia: quòd

præsens illis christus diceretur, quo ad corporis eius gratiam, non substantiam: deniq; quòd cœna his sacrificium appellaretur, non re ipsa, sed nominis cōmunicatione. Postremò, in eum rursus locum rem Christianam restituant, in quo erat patrum illorum tempore: nos quoque cum illis, & ijsdem pariter loquemur vocabulis, & viuemus institutis.

CONTRA CORPORALEM Christi præsentiam Argumenta & obiectiones.

Da Vniuscuiusq; corporis naturalis vnus tantum est natura locus.

ri Christi corpus est naturale.

i Eius ergo corporis vnus est dumtaxat locus.

¶ Obiectionis dolutio.

Quòd

Quòd si obijciant aduersarij (ut solent) miraculum, admitterē equidem et ipse hoc miraculum, ni scriptura excluderet: quæ simpliciter docet, Christum iuxta corporis modū reliquisse terras, unde sic extruitur argumentum.

Fe Quem quisque reliquit locum, in eo, eodem tempore & respectu eiusdem, nō manet.

ri Christus iuxta corpus reliquit terras.

o In terris igitur iuxta corpus non manet.

Maior iuxta regulam contrariorum firma est.

¶ Obiectio.

Si obijciatur iterum, Relinquere mundum hoc loco esse, sese in-

uisibilem reddere:

¶ Dilutio.

Fe Qui ex visibili inuisibilis in eodem loco redditur, is non locũ mutat, sed corporis modum.

sti Sed Christus mutauit locum, non corpus.

no Ergo nequaquã se inuisibilem redditurum dicit.

¶ Minoris confirmatio.

Quòd locum mutauit Christus, non corpus, verba ipsa declarãt. Et iterum relinquo mundum, & vado ad patrem: hoc est, ad cœlum, vbi pater est. In quibus verbis ipsa locorũ expressio mutationem loci, non corporis designat.

¶ Alia dilutio in secunda figura.

Respõsio hæc tollit omnẽ corporis

veri naturam, hoc modo.

Ba Corporis omnis substantia est visibilis.

ro Christi corpus in sacramento non est visibile.

co. Ergo Christi corpus non est in sacramento.

¶ Maioris confirmatio.

Bar Omne quantum tribus constans dimensionibus, long. latit. crass. est sensibile.

ba Omne corpus est quantum, tribus constãs dimensionibus.

ra Ergo omne corpus est sensibile, visibileq́.

¶ Maioris probatio.

Quæcunq́ enim metimur corpora, sensibus metimur.

¶ Alia dilutio.

Responsio hæc cõfundit spiritualẽ

præ-

præsentiam Christi, cum corporali eius præsentia, hoc argumento.

Da Cui tribuitur proprium, ei tribuitur & species.

ri Proprium spiritualis substãtiæ tribuitur corpori Christi.

i. Ergo corpus Christi in sacramento est spiritualis substantia.

¶ Minoris probatio in tertia figura.

Da Inuisiblile esse & diffundi vbiq̃, proprium est spiritualis & diuinæ substantiæ.

ri Inuisibile esse & diffundi vbique, tribuitur humanitati Christi in sacramento.

si. Ergo humana Christi substantia est spiritualis substãtia, iuxta hanc positionem.

Argu-

Argumentum à similitudine

Quem admodum princeps cubiculum in quo prius fuerat, non relinquit, qui sub aulæis ac picturarũ inuolucris se occultat, ibiq; se honorandum & custodiendum præbet.

Ita Christi corpus, si sub accidẽtibus panis realiter adsit in sacramento, quantumuis inuisibiliter, dici non poßet mundũ reliquisse. Nũc autem dicit ille, mundum se relicturum &c.

Argumentum in. 1. figura.

Fe Nullum corpus humanum est πανταχότοπον, id est, sine certo loco.

ri Christi corpus est humanum.

o. Proinde Christi corpus non est πανταχότοπον.

Maioris probatio

Paulas

Paulus ad Hebræos: Nobis per omnia similis, excepto duntaxat peccato &c.

Minoris probatio in prima figura.

Ce Nulla res finita est sine certo loco.
la Omne corpus est finitum.
rēt. Ergo nullum corpus est sine certo loco.

¶ Maioris probatio.

Ce Quod nullo fine circundatur, finitum non est.
la Omnis locus est finis sui corporis.
rēt Ergo quæ res locum certū non habet, finita non est.

¶ Minoris probatio.

Minor constat ex definitione loci. locus enim iuxta physicos est cor-

poralis finis, seu superficies corporis vltima, rem locatam continentis.

¶ Distinctio aduersariorum.

Iam si veterem hic ingerentes distinctionē aduersarij, dicant corpus Christi non esse in sacramento tanquam in loco circumscriptiuè, sed definitiuè, aut repletiuè: Respōdeo, has duas posteriores distinctiones apud omnes philosophos non competere nisi in Angelos, in accidētia separata, in spirituales intelligentias, & in Deum. Deinde quæ definitiuè sint alicubi, in vno, certo, & præscripto loco definiuntur, non adsunt vbiq́: vt Deus, qui repletiuè vbiq́ agit operando. Et sic fatemur Christū adesse in sacramēto. Sed nos hic pro-

propriè agimus de corpore Christi, non solū de spiritu aut gratia illius.

¶ Vltimum aduersariorum perfugium.

Victi iam omni natura & philosophia, si ad omnipotentiam recurrant, qua Deus omnes naturæ fines & disciplinarum inuertere possit, si velit: nos quoque omnipotentiam Dei non ignoramus, miraculo hic vti potuisse, quæ nihil non possit, si voluisset. Sed ipsi hic ostendant voluisse. Quod si nequeunt, quur falso id imaginantur, quod nusquam est? Quur autem nullum in sacramento miraculum agnoscamus, variæ concurrunt causæ: non solum quia nullum miraculi vestigium hic apparet quum omnia miracula propriè ad sensus atque naturæ stuporem fieri soleant

ſoleant: ſed etiam variæ aliæ ſunt & graues cauſæ. Primùm, quia obſtat Auguſtini regula. Deinde, quia vetat multiplex abſurditas. Fieret enim hoc modo, vt plura Chriſti corpora ſtatuamus: aut ſi vnicum demus, noſtræ tamen naturæ, noſtriſq; corporibus diſsimile faciamus: præterea humanis carnibus & ſanguine paſceremur, atq; ne ſic quidem prodeſſet nobis caro Chriſti, iuxta ipſius clarum teſtimonium: & ipſi carnem chriſti ita redderemus corruptibilem, &c. Denique, quia idololatriã gignit, & pugnat cum præcepto Dei. Quid enim intereſt, imaginémne Dei ſculptilem adores in templo, an paniculum farinaceum? Poſtremò, quia ipſa ſcripturæ per-

petua analogia huc nos ducit, cogitq́: nempe quum videamus in literis mysticis verbum, Est, perpetuò ferè theologicam vocem esse, quæ nõ substãtiã, sed mysteriũ designat.

CONTRA SACRIFICIVM Missæ propitiatorium, Argumentũ à definitione sacrificij propitiatorij in 2. figura.

Ca Sacrificium propitiatoriũ est, quod placata ira Dei, impetrat peccatorum remißionẽ.

mes Sacrificium Missænon impetrat peccatorum remißionẽ.

tres Ergo sacrificium Missæ non est propitiatorium.

¶ Minoris probatio.

Ca Oĩs fit remißio cum sanguine.

mes In Missæ sacrificiõ nõ est effusio sanguinis.

tres. Ergo Missæ sacrificium non impetrat remissionem.

¶ Maioris probatio.

Maior constat ex verbis Pauli ad Hebræos cap. 9. qui ait: *Absq; sanguinis effusione non fit remissio.*

¶ Minoris probatio.

Minorem ipsi fatetur aduersarij: qui sacrificium Missæ appellant incruentum.

¶ Argumentum aliud ex diuo Paulo.

Ce *Vbi est peccatorum remissio, non est amplius oblatio.*

la In sacrificio Christi semel peracto, est remissio peccatorum

ret. Ergo post illud sacrificiũ, nulla est amplius oblatio.

¶ Maioris probatio.

Ex verbis D. Pauli ad Hebræos cap. 10.

Argumentum aliud.

Ba Qui pro delictis suis & populi, hostias offerat, sanctus sit pontifex oportet, innocens, segregatus à peccatoribus, &c.

ro Sacerdotes nostri non sunt sancti, innocẽtes, segregati, &c.

co. Ergo sacerdotes nostri pro delictis hostias offerre non possunt.

¶ Maioris probatio

Maior est Pauli ad Hebræos cap. 7.

¶ Argumentum aliud.

Si Christum offerant, vel Christi nomine id faciant, vel proprio necesse est.

Sed neque sub Christi persona possunt id facere, nec propria.

Ergo Christum in missa offerre non debent.

¶ Minoris probatio.

Paulus ad Hebræos: Christus seipsum semel obtulit. Deinde, oportet eos qui offerunt, esse puros, &c.

OBIECTA ET RATIONES Petri Martyris, cum solutionibus Theologorũ quorundã Oxoniensiũ. De re & Materia sacramẽti Eucharistici.

Pe. Mar.

Da Ita res quæq; nobis accipiendæ sũt vt in scripturis appellãtur.

ti In scripturis panis appellatur. Luc. 1. Cor. 10.

si. Ergo panis est in sacramento accipiendus.

¶ Responsio.

Ad

ARGVMENTVM

Ad minorem respondet aduersarius bifariam, Panem quidem appellari in scripturis, sed appellationem hanc esse tropologicam, sicut scriptura nonnunquã appellat Hæuam os, Adamum terram, Serpẽtem virgam, Aquam vinum etc. Deinde neq̃ solũ panis nominatur in scripturis, sed & corpus etiam vnde sic retorquet ille argumentum: Quod si res æstimãdæ sint pro modo appellationis suæ: Corpus ergo quum appellatur in scripturis, corpus accipiatur in sacramento necesse est.

¶ Responsionis dilutio.

Pet. Duabus partibus continetur responsio, quarum altera per tropum fit: altera per retorsionem. Primum

Primum quod ad tropum attinet, ridiculum vos ad tropos nunc confugere, qui tantopere à tropis in hoc sacram. abhoereatis. Quanquã exẽpla illa de tropica appellatione huic negotio non conueniunt. In illis siquidem cum appellatione scripturæ manifestam pariter rerum conuersionem ostendunt, vt Hæuam ex costa, aquam in vinum versam: vnde per tropum accipi ista necesse sit. Sic illa in conuersione priorem substantiam abiecerant, vt & accidentia pariter amiserint. Vos contra omnem hic substantiam abijcitis, sed accidentia retinetis.

Secundo, in retorsione vbi regeris itidem corpus esse Domini appellatum, hoc quomodo accipiendum

 sit,

ſit, tum reſponſurus ſum, quum ad me reſpōdendi partes redierint.

¶ Petr. Mart.

Cæ Sine pane non conſtat ſacramentum duabus naturis diuerſis.

ſa Sacramentum autem neceſſario cōſtat duabus integris & diuerſis naturis.

re. Ergo panis auferri è ſacramēto non poteſt.

¶ Minoris probatio.

" Ex verbis Cypriani de cœna Do" mini. Sicut in perſona christi hu" manitas videbatur, & latebat
" diuinitas: ita in ſacramento viſi" bili, ineffabiliter diuina ſe infu" dit gratia &c. ex qua collatione inter Christi perſonam & ſacramen-

mentum liquet vtrobiq; seruandas esse naturas integras, id quod dempta panis substantia fieri haud poterit.

¶ Aduersari.

Hic Cyprianum Cypriano oppono, qui in eodem sermone, panis inquit, non effigie sed natura mutatus omnipotentia verbi factus est caro. Cæterum priori primum respondeat aduersarius, Nos alteri satisfaciemus ordine disputantium.

¶ Consimile ex August. argumentum.

Da Omnis res naturam & veritatem continet earum rerum ex quibus conficitur.

ri Conficitur sacrificium ex pane & corpore Christi.

j. Ergo pane partim constat sacrifici-

sacrificium ecclesiæ.

¶ Maioris probatio.

" Ex verbis August. vt citatur
" de consecrat. dist. 2. ex sentẽtijs
" prosperi. Sicut Christi persona
" cõstat ex Deo & hominẽ. Omnis
" quippe res illarum rerum natu-
" ram & veritatem in se continet
" ex quibus conficitur. Conficitur
" autem ecclesiæ sacrificium duo-
" bus, sacramẽto & re sacramẽti.

¶ Minoris probatio.

Sacrificiũ ecclesiæ cõstat duob.
sacramento & re sacramẽti.
Alterum vero ex ijs duobus est
panis.
Ergo panis est in sacrificio con-
stituendus.

¶ Responsio.

Respõdet aduersarius. Augustinũ
hic

hic docere sacramentũ cõfici ex corpore Christi ceu re sacramenti, & accidentibus quæ sunt externum sacramentum.

¶ Responsionis dilutio.

Iuxta hanc sententiam iam non respondet collatio inter Christũ & Eucharistiam. Nam secundum collationem Augustini, quemadmodũ in Christo neutra natura deperibat: ita in Eucharistia vtraq; seruanda est. Alioqui hæreticos imitari videberis, qui diuinitatem in Christo cõcedunt, sed humanitatis non nisi speciem & accidentia substituunt.

¶ Pet. Mart.

Panis & vinum retinent substãtiam suã & naturæ proprietatem. Erg nono v. ntur substãtialiter in hypostasin corporis et sang.

Ante-

¶ Antecedentis probatio.

" Ex verbis Gelasij contra Euty-
" chen. Sacramentũ corporis &
" sang. Domini diuina res est, per
" quam & diuinæ efficimur con-
" sortes naturæ, & tamen esse nõ
" desinit substantia panis & vini
" &c. Et mox: Sicut eadem sacra
" mẽta in diuinam transeunt, sã-
" cto spiritu perficiente, substan-
" tiam, permanẽt tamẽ in suæ pro
" prietate naturæ: ita illud ipsum
" principale mysterium &c.

¶ Antecendentis probatio alia.

" Ex Theodoreto contra Euty-
" chen, Diad. 1. Ea quæ videntur
" symbola corpus & sanguinis sui
" appellatione honorauit, nõ equi
" dem naturam ipsam transmu-
tans,

" tãs, sed adycies gratiã naturæ.
" Idem in 2. dial. Neq; enim mystica symbola illa post sanctificationem propria sua natura egrediuntur, manent siquidẽ in propria sua substãtia et figura, etc.

¶ Responsio ad Theodoretum.

Est Theodoretus hic Nestorianus, vt constat ex Nicephoro, & actione octaua cõcilij chalcedonẽsis: & Cyrillus cõtra eum scripsit. &c.

¶ Responsionis dilutio.

Nestorianus non est quia contra Nestoriũ caput peculiare scripserat. Sed gliscente simultate inter Cyrillum præsidem concilij et Ioannem Antiochenũ, eo quòd in damnatione Nestorij Cyrillus non expectauit Antiochenũ, theodoretus qui tum

tum fauebat Antiocheno contra Cyrillum, à Cyrillianis ita insimulatus est, sed falso: vnde nactus a patribus concilij testimonium restitutus est suæ sedi, satisq; eidem synodo confessionem comprabauit suam, quibus omnibus fides potius habenda est quàm vni monacho Niceforo.

¶ Ex Origine.

Origenes in 15. Matth. Nec materia panis, sed super illū dictus sermo est qui prodest non indignè comedenti illum et. c

¶ Responsio ad Origenem.

Aduers. Habetur locus in fragmentis ab Erasmo nuper adductis, & fides eius hac in re suspecta est. Et nosti quid uulgo fertur de Origene. vbi bene, nemo melius, vbi male

nemo peius.

¶ Dilutio responsionis.

Cur ergo Hieronymus et Epiphanius traductis errorib. Orig. omnib. quàm diligentissimè, huius non meminerunt?

¶ Argumentum ex Irenaeo.

Sic mutatur panis in Eucharistia, vt corpora nostra mutantur et fiūt incorruptibilia.

Sed in hac mutatione non abijcitur substantia nostrorum corporū. Ergo et substātia panis nō mutatur.

¶ Maioris probatio.

" Ex Irenæo lib. 4. cōtra hæreses.
" Quēadmodū qui è terra est panis
" percipiēs vocationē dei, iā nō cō
" munis panis est, sed euch. ex dua
" b. reb. cōstās terrena et cœlesti:
" sic et corpora nostra percipiētia

Eucha-

" Euchariſtiam iam non corrup-
" tibilia ſunt, ſpem reſurrectionis
" habentia, &c.

¶ Reſponſio aduerſarij.

Argumentũ inefficax quia a ſimili. Deinde docet Irenæus quod panis percipiens vocationem Dei iam nõ cõmunis panis eſt, ſed Euchariſtia, quod eſt aduerſum te.

¶ Reſponſionis dilutio.

Petr. Similitudo non eſt mea ſed Irenæi. Deinde quod tradit Euchariſtiam hic conſtare ex duabus rebus, terrena & cœleſti, hinc conſequitur panem manere qui res terrena ſit.

¶ Reſpondet aduerſarius.

Nego argumentum: conſtat ex duabus rebus: Ergo duæ res manẽt, conficitur ex re terrena non quod

sic maneat, sed quod sit fuerat ante consecrationem. Postea verò non manent duæ res, sed vna.

¶ Responsionis dilutio.

Absurdissimum est quod dicis, sacramentum duabus constare rebus priusquam benedicatur. Tunc etenim sacramentum non est, neq; corpus Christi.

¶ Occurrit iterum aduersarius.

Corpus mixtum ex elementis cōstat, quæ tamen in eo non extant.

¶ Dilutio Petr.

Elemēta sic in eo extāt vt ex eis cōstat, si actu cōstat, actu in eo insūt si virtute et potestate, ita ī eo extāt.

Argumentum ex Grego.

Da Posita propria rei notionē, necessario ponitur & species.

ri Ponitur in Eucharist. propria

 pa-

panis nota.

j. Ergo panē ipsū poni necesse est.

¶ Minoris probatio.

Da Azimum et fermentatum nulli rei cōueniunt nisi soli pani.

ti. Azimum aut fermentatū sumimus, sumētes Eucharistiā.

si. Ergo panem in Eucharistia sumimus.

¶ Minoris probatio.

" Ex verbis Gregorij Rom. pont.
" in registro. Sed tamen tam azi-
" mum quàm fermentatum dum
" sumimus, vnum corpus Domini
" nostri seruatoris efficimur.

¶ Responsio aduersarij.

Ea de re controuersum erat apud antiquiores. Et Græci in eo in hunc vsq; diem errant retinētes fermētatum panem. Gregorius autem

nihil

nihil referre censuit siue Azimum siue fermentatum sumamus. Dicitur autem Azimus vel fermentatus ex eo quod antea fuerat.

¶ Responsionis occupatio.

Petr. Miror quòd Græcos in eo errare dicas, quod Gregorius promiscuũ reliquit & arbitrariũ. Deinde quòd Azimus vel fermentatus non sit dicendus, ex eo quod antea fuerat, liquet ex verbis. Dicit enim dum sumimus. Sumimus enim non nisi post consecrationem.

¶ Aduersarius.

Tum sic respondeo. Postquam transubstantiatus sit panis denominationem accipit ex ea re de qua deducitur.

¶ Petr. Mar.

Tropũ vbi lubet admittitis, vbi nõ lubet

lubet excluditis. At trāsubstantiationem hāc nusquam in scripturis audimus. Et patres scripturæ interpretes apertè panem appellant Vt Chrysost. in 1. cor. 11. homi. 27. in verba Christi qui in sui commemorationem facere iussit, dixit:

Et Cyrillus in Ioan. lib. 4 ca. 14. Dedit illis fragmenta panis &c. Aut siquādo panem mutari affirment, id ita intelligēdum est è communi videlicet pane in sacramentum. At panis interim substantiam nequaquam abijciunt. Cyrilli verba sunt: in pane corpus eius sumimus, in vino sāguinem. &c.

¶ Aduersarius.

Sumi-

Sumimus in pane & vino, hoc est, speciebus panis & vini.

¶ Petr. Mart.

Quid appellas species panis & vini?

¶ Aduers.

Accidentarias formas panis et vini. Pet. A patribus non habes hanc significationem. Nam hi per speciem intellexerunt naturam rerum, non accidentia. Ambros. lib. de eorum qui initiantur mysterijs cap. vltimo. Quod si tãtum valuit &c. Et in eodẽ cap. Ante benedictionem &c. August. in Ioã tract. 26. Aliud illi &c.

¶ DE PRÆSENTIA CORporis an adsit carnaliter in Eucharistia 2. quæstio.

ARGVMENTVM

¶ Petr. Mart.

Da Omni humano corpori repugnat in diuersis simul locis contineri.

ri Christi corpus est humanum.

j. Ergo repugnat corpori eius diuersis simul locis contineri.

¶ Responsi. aduers.

Nō repugnat omni corpori, quin in diuersis simul locis existat. Sic paulus christū vidit 1. cor. 9. & act. 9. et tamen idē Christus ad dexterā erat patris iuxta articulum fidei.

¶ Responsionis occupatio.

Sic Stephanus vidit Dominum a dextris Dei, vidit sed in cœlis, quēadmodū & Paulus raptum se dicit in tertium cœlū, sed fac in terris dominum se Paulo exhibuisse, nil tamen obstat, quin inde transferri, & ap-

apparere poßit Dominus quibus voluerit, & tamen iuxta articulum fidei in cœlis habere propriam mansionem.

¶ Argumentum.

Ca Quicquid in varijs simul locis existit, deus est.

mes. Corpus Christi non est Deus.

tres Ergo Christi corpus in varijs non esse simul locis consequitur.

¶ Maioris probatio

" Dydimus ex hac maiore astruit
" spiritus sancti diuinitatem li. 1.
" de spiri sanct. Sic & Basilius
" de spiri sanct. cap. 22. videlicet
" quòd nullius sit creaturæ pluri-
" bus simul locis adesse.

¶ Responsio aduersarij.

Etsi Christi corpus non est Deus: Christus tamen Deus est, id nobis sat est.

¶ Responsionis occupatio.

Cauendum tamen (vt monet Augus.) ne ita diuinitatem christi astruamus, vt humanitas eius destruatur.

¶ Aduersar.

Non destruitur eius humanitas loco illi plurificato. Nam quum sit ipse omnipotes, potest simul esse, etiam secundum corpus, multis in locis & vbiq́.

¶ Responsionis dilutio.

Quaestio est non an omnipotens sit Christus aut Deus: sed an corpus eius possit simul multis in locis esse. Quod patres isti de vlla creatura dicendum negant.

Aduersarij.

Dydimus, Bas. et August. ibi lo-
quũtur de eo quod suapte natura v-
biq; esse possit, & id probant esse
Deũ, corpus autẽ Christi etsi nõ suap
te natura, per potentiam tamen va-
riis simul locis versari poterit.

Refutatio responsionis.

At hoc destrueret patrum horũ
demonstrationem. Nam aliquis sic
loqueretur hereticus: si spiritus sã-
ctus multis in locis fuerit, ita per po
tentiã sit, non suapte natura, & sic
creatura esset.

Argumentum.

Fe Quicquid circumscriptum est
idem pluribus simul in locis es-
se non potest.

ri Corpus Christi est circumscri-
ptum.

Ergo

¶ Petr. Mart.

Da Omni humano corpori repugnat in diuersis simul locis contineri.

ri Christi corpus est humanum.

j. Ergo repugnat corpori eius diuersis simul locis contineri.

¶ Responsi aduers.

Nō repugnat omni corpori, quin in diuersis simul locis existat. Sic paulus christū vidit 1. cor. 9. & act. 9. et tamen idē Christus ad dexterā erat patris iuxta articulum fidei.

¶ Responsionis occupatio.

Sic Stephanus vidit Dominum a dextris Dei, vidit sed in cœlis, quēadmodū & Paulus raptum se dicit in tertium cœlū, sed fac in terris dominum se Paulo exhibuisse, nil tamen obstat, quin inde transferri, & ap-

apparere poßit Dominus quibus voluerit, & tamen iuxta articulum fidei in cœlis habere propriam manſionem.

¶ Argumentum.

Ca Quicquid in varijs ſimul locis exiſtit, deus eſt.
mes Corpus Chriſti non eſt Deus.
tres Ergo Chriſti corpus in varijs non eſſe ſimul locis conſequitur.

¶ Maioris probatio

“ Dydimus ex hac maiore aſtruit
“ ſpiritus ſancti diuinitatem li. 1.
“ de ſpiri ſanct. Sic & Baſilius
“ de ſpiri ſanct. cap. 22. videlicet
“ quòd nullius ſit creaturæ pluri-
“ bus ſimul locis adeſſe.

¶ Responsio aduersarij.

Etsi Christi corpus non est Deus: Christus tamen Deus est, id nobis sat est.

¶ Responsionis occupatio.

Cauendum tamen (vt monet Augus.) ne ita diuinitatẽ christi astruamus, vt humanitas eius destruatur.

¶ Aduersar.

Non destruitur eius humanitas loco illi plurificato. Nam quum sit ipse omnipotẽs, potest simul esse, etiam secundum corpus, multis in locis & vbiq́.

¶ Responsionis dilutio.

Quæstio est non an omnipotens sit Christus aut Deus sed an corpus eius poßit simul multis in locis esse. Quod patres isti de vlla creatura dicendum negant.

Aduersarij.

Dydimus, Baſ. et Auguſt. ibi lo-quũtur de eo quod ſuapte natura v-biq; eſſe poſsit, & id probant eſſe Deũ, corpus aũt Chriſti etſi nõ ſuap-te natura, per potentiam tamen va-rijs ſimul locis verſari poterit.

Refutatio reſponſionis.

At hoc deſtrueret patrum horũ demonſtrationem. Nam aliquis ſic ſe tueretur hæreticus: ſi ſpiritus ſã-ctus multis in locis fuerit, ita per po-tentiã ſit, non ſuapte natura, & ſit creatura eſſet.

Argumentum.

Fe Quicquid circumſcriptum eſt idem pluribus ſimul in locis eſ-ſe non poteſt.

ri Corpus Chriſti eſt circumſcri-ptum.

Ergo

o Ergo in pluribus esse locis non potest.

¶ Minoris probatio.

Fe Quicquid in quantitate est, circũscriptionẽ effugere nõ potest.
ri Corpus christi est ĩ quãtitate,
o. Ergo circumscriptionem effugere non potest corpus Christi.

¶ Maioris & minoris coprobatio.

" Ex verbis Cyrilli in Dial. de
" Trinit. lib. 2. pag. 245. Si verò
" sectionem & partitionem diui-
" na natura (vt illi dicunt) reci-
" peret, intelligeretur & corpus.
" Si autẽ hoc, tum in loco omnino
" et in magnitudine, & in quanti-
" tate esset. Et si quantum esset,
" non effugeret circumscriptio-
" nem.

¶ Responsio aduers.

Quo-

Quomodo potest circũscribi loco, quod tumulo clausũ surrexit, quod ianuis clausis ingressũ est? Et hugo de S. vict. ait angelos nõ circũscribi.

¶ Confutatio responsionis.

Tumulo & ianuis non claudebatur, at proprio tamen loco, vbi erat, claudebatur. Deinde Hugo & alij quod dicunt angelos non circumscribi id ita habet, non quasi nusquam ibi contineantur, sed quòd non ita circumscribãtur locali isto ambitu aëris vel alterius cõtinẽtis, vt corpora quæ apud nos existunt: nihilominus definitam & hi quoq; habent substantiã, ita vt quũ alicubi sint, alibi esse nequeant. Interim Cyrilli argumentum infractum manet nempe: Hoc simul est in multis locis:

 Ergo

¶ Aduersarij.

Corpus Christi non est diuinitas, sed inseparabiliter annexam habet diuinitatem, qua efficitur vt pluribus simul in locis queat existere.

¶ Refutatio.

Neq; nos Christū diuidimus, neq; rursus de Christi propriè hic vnitate contendimus, sed de naturis ipsis, quarum vtranq; integram manere asseueramus. Quumq; diuinitas non efficiat quin corpus Christi sit creatura itemq; porrò ex Dyd. & Bas. docuimus nō posse virtutes creatas in pluribus esse locis, vides opinor quid hinc consequatur.

¶ Argumentum.

Ca. In omni sacramēto manere debet analogia, conuenientia, seu similitudo inter sacramētum

et

et rem ſacramenti.
Subtracta panis ſubſtantia nulla manet analogia.
Ergo panis ſubſtantia non eſt ſubtrahenda.

¶ Minoris probatio.

Analogia hæc eſt, quòd quemadmodum corpus noſtrum alitur pane & vino naturaliter: ita ſpiritualiter nutrimur nos corpore & ſanguine Christi. Sed hæc analogia manere non poteſt ſubtracto pane, quòd corpora accidentibus non nutriantur. Ergo &c.

¶ Reſpondet aduerſarius.

Non tollimus analogiam. Quia ea conſiſtit in materia quæ habetur ante conſecrationem. At poſtea manent accidētia ad oſtendēdam illam ſimi-

similitudinem magna misericordia dei, ne horreremus christi corpus et sāguinē ni per accedētia occultarent.

¶ Depulsio responsionis.

Tu analogiā ponis in materia ante consecrationē. Ego de analogia disputo inter sacramentū et rē sacramenti. Iā verò materia illa ante cōsecrat. sacramentū nō est. Porrò quū omnis hic analogia sita sit in duplici nutriēdi officio, quorū alterū in pane, alterū i christi corpore cernitur, quis non videt accidentia quæ nutrire nequeūt, panis similitudinem nullo modo supplere posse? Quum itaq; debeat necessario sacramentum ipsum rem sacramenti significare, sicut lauacri unda spiritualem purgationē designat, quarū vtraq; res

ſe manēt, ita nulla videtur cauſa, ur hic panis excluderetur. Acce- t enim (inquit ille) verbū ad ele- metū, & fit ſacramētū. Elemētū igi ur poſt verba manet, nō extrudit, ſicq́ ipſū fit ſacramētū. Deinde hor- ror ille, de quo dicis, nihilo minus ex cluditur per panē quā per accidētia.

¶ *Aduerſarius.*

Non requiritur vt ſubſtātia ma- neat. Nā poteſt analogia haberi per accidētia quæ manent. Neq́ id dicit Auguſt. elementū manere: & verò digeſtione facta minimè retinetur. Quēadmodū enim in digeſtione acce dit naturalis calor ad cibum, eumq́ mutat in carnem: ſic accedens ver- bum in ſacramento mutat panis ſub ſtantiam in verum corpus Chriſti.

Pet.

ARGVMENTVM

Pe. Mar.

In naturali concoctione substan tia & materia cibi pro debita porti one manet, Alioqui non aleremur: forma verò eius abijcitur & acci dentia. Contra autem vos hic substa tiam abijcitis, & retinetis acciden tia. Vnde nihil magis contra vos ip sos facit, quàm hoc similitudinis.

Aduersarius.

Quod ad Augustinum attinet, fa tevr id verum esse: Accedit verbu ad elementum, & fit sacramentum. Non tamen dicit elementum fieri sacramentum.

Pet. Mar.

Quid igitur sit sacramentum? Aduers. Non elementum, non ver bum, sed tertium quiddam ex vtroq; compositum.

Ar-

¶ Argumentum Pet. Mar.

Da Sacram est rei sacræ signum.
ri Signum autem esse, res & materia est propria elementi.
j. Elementum ergo est sacramentum secundum materiam rei.

Quin et ipse imprudens hanc eandem fateris conclusionem.

Da Nihil enim componi potest ex eo, quod non manet.
ri Sacramentũ est tertium quiddam (vt ais) ex verbo & elemento compositum.
j. Elementum ergo ex quo componitur sacramentum, manet.

¶ RATIONES ALIQVOT aduersarij in astruenda transubstantiatione.

Conciliũ laterenense statuit trãsubstantiationem.

¶ Responsio.

Non negamus consilium lateranense statuisse. Sed docete vos concilium hoc per spiritum s. & ex verbo dei statuisse. Alioqui non est satis concilium hoc aut illud instituere, nisi ex verbo Dei instituerit.

¶ Aduers.

Hic etiam ex verbo Dei, licet obscurè, statuitur: Hoc est corpus meum &c.

¶ Argumentum aduers.

Da Verba Chirsti vera sunt.
ti Verbum est Christi: Hoc est corpus meum.
si Ergo nemini dubitandum est, corpus esse Christi.

¶ Respons. ad maiorem.

Verba Christi omnia verissima sunt iuxta eũ sensum, quẽ ipse intel

lexit: Quædam videlicet iuxta spiritum, quædam iuxta literam. Sunt enim in scripturis propositiões quæ sine tropo nullo pacto constant. Sũt rursus, vbi nullus exigendus est tropus. Vbi verò tropus sit, aut non sit, ex circumstantia loci peruidendum est. Iã in hac propositione cum multæ sunt aliæ, tum tres potißimũ causæ sunt cur tropum statuamus.

1 Verba scripturæ.

2 Natura sacramenti.

3 Patrum testimonia.

1 Primũ ex verbis scripturæ, vbi habetur: Hoc facite in memoriã mei. Memoria non est præsentiũ rerũ corporaliter sed absentiũ.

2 Donec veniam, quod non conuenit, si per cõsecrationem veniret.

3 Paul panis quem frangimus, &c. frangi enim non conuenit copori, sed pani. est enim ille impaßibilis.

4 Accipite et edite. Non cõuenit corpori vt edatur, nec sangui- ni vt bibatur.

5 Ex verbo, est, quod sit enuntia tiuum, non constitutiuũ: alio- qui dixißet. Hoc fiat corpus meum, vt fiat lux, et facta est lux, si constituere aliquid vo- luißet.

6 Hic calix est nouum testamen tũ: vbi necessarius sit tropus, vt significet non sit nouum te stamentum.

7 Ioã.6. verba mea sunt spiritus & vita. Vbi & meminit ascẽ- sio-

ſionis ſuæ.

¶ Reſpondet aduerſarius.

Vbi dicitur hoc facite in mei memoriam, nō arguit tropum. Quia poteſt aliquid fieri in memoriā, vt tamen res non maneat.

Pe. Mar.

Falſum eſt, quia duo hæc, memoria rei, et illius præſentia manifeſtā habent antitheſin.

Aduerſarius.

Vbi dicis donec veniam: intelligendum eſt humana forma, qua veniet ad iudicandum Petr. Et quur tum meminit aſcenſionis ſuæ, niſi vt intelligeretur nulla forma comedēdus carnaliter. Aduerſ.

Vbi adducis, Panis quem frāgimus: ita ſumēdum eſt, ibi panem frangi, ſicut eodē modo dicitur multi ſumus

vnus panis, nimirum tropicè: Alioqui oẽs iuxta substantiã essemus panis. Pet. Si panem hic ita sumas, vt postea, cũ dicitur multi sumus vnus panis, vides attamen allegorico pani non conuenire vt frangatur. Ego vero panem hic propriè accipio: et quũ dicitur multi sumus vnus panis, interpretor quoad significationẽ, non substantiam panis. Vt enim vnus est & constat ex multis partibus: sic et nos. Tropus itaq; est in verbo sumus. Porro si panis hic accipiendus tropicè, vt postea quũ dicitur: multi sumus vnus panis, tum per tropum intelligere cogeris mysticum corpus, id autem quo pacto frangetur?

¶ De natura sacramenti obiectio aduersarij.

Sacramenta baptismi, et Eucharistiæ non sunt similia: Quia non dixit Christus: hæc aqua est sanguis meus, sed dixit hoc est corpus meũ.

¶ Respons. Pe. Mar.

Non est id satis causæ quur sacramenta dissimilia sint, quia hæc verba in Eucharistia vt vera sint, non exigunt vt natura panis abijciatur. Verum ea conseruata, est adhuc verissimum quod dixit Christus.

ARGVMENTVM IN VERBA CHRISTI: Hoc est corpus meum: Breuis & dilucida Explanatio.

per I. Foxum.

QVoniam alicubi in Euangelio testatur dominus. Hoc esse corpus suum: inueterauit iã diu opinio apud multos, Christum corporaliter adesse in panis viniq́ mysterijs. Sed plurimum isti in verbis domini fallũtur: Qui dũ externæ literæ auscultant tam religiosè, parum interim aduertunt mysterium spiritus, siue quo friget planè atque occidit omnis scripturæ mystica interpretatio. Quemadmodum enim corpus ex se stupidum atq́ inanimatum ex anima vitam motumq́ omnem accipit: Ita sub externa scripturæ litera, latet occultioris cuiusdã mysterij sensus ceu vita quædam, quæ ni accesserit, insipidum ac mortuum manet quicquid in scripturis legimus. Quid enim aliud scriptura est sacra, quàm spiritualis quædam philosophia, aut potius spiritus ipse dei literis humanis inuolutus, tam dißimilis disciplinis nostris, quanto sit humano omni ingenio sublimior. Quanquam verò in disciplinis quibusdam

Scriptura quomodo cõsiderãda.

dam nostris est etiam quædam huius Philosophiæ imitatio, quẽadmodum in poëtarum inuolucris ac Mithographorum fabulis, sub humili narratione, arcanam quandam sophiam subesse conspicimus. Iam quis tam stupidus aut tam infeliciter â literis alienus est, qui legendis poëtarum ac Æsopi appologis non videt grauiora rerum pondera sub figmẽtis narrationum occultari? Familiarissimũ enim hoc est semperq; fuit sapientissimis quibusq;, quoties altioris aliquid prudẽtiæ inculcare velint cuius intellectus noster sit incapatior, tropo aliquo commodiore depingunt rem, quo sensibus fiat manifestior. Porro sic causa ipsa nõnũquam flagitat, vt id facere necesse sit, quoties aut sublimior incidit, aut quæ maiorem exigit attentionem. Atq; hæc docẽdi ratio vt non est inamœnissima, ita nusquâm frequentius vsurpata, quâm in scripturis sacris, vbi omnia tropis ac vmbris integuntur, non solũ in veteri scriptura, sed etiam in nouo testamẽto potissimum. Quid ergo, inquiet aliquis, An non multa sunt in scripturis Dei quæ simpliciter ac sine tropo proposita ad literæ externũ sensum interprætanda sunt, & quid si contextus hic in eorum sit numero? Fateor, vt nõ est in om-

in omnibus ſcripturæ locis exigendus tropus: ita multa eſſe palam aperta atq; ad literam tã tum intelligenda. Sed hic diligens adhibenda eſt animaduerſio, imo, vt verius dicã, Dei ſingulari quadã gratia opus eſt, vt quo quicq; modo ſit accipiendum videamus. Quod autem ad preſentem locum attinet, nõ modo ſpiritus dei tam copioſe hodie per vniuerſũ orbem diffuſus, ſed res ipſa facile ſui ipſius ſenſum indicat, tã obuia et expoſita oĩm ſenſibus vt qui vel micã habeat iudicij, ĩtelligat nõ carere myſterio hæc Chriſti verba. Quod ſi nihil aliud, tamen vel ipſa rei abſurditas plusquam inſulſa coarguit. Quæ enim mens aut cogitatio tam ſtultam metamorphoſin poſſet concipere, vt panem farinaceum in filium Dei incarnari exiſtimet corporaliter, præſertim cum nullum mutationis veſtigiũ vſquã appareat. Idem color, eadem natura, eadem ſubſtantia, eadem quantitas, qualitas: eadem relatio, habitus, actio, corruptio panis quæ fuit ante, eadẽ omnia quæ fuerunt ante. Quæ tũ ſtultitia eſt id ſomniare quod nuſquã eſt, cui nec ratio aſſentire poteſt, & ſenſus ipſi refugiunt credere. Filius Dei vbicunq; eſt viuus eſt, æternus eſt, efficax eſt & animæ & corpori. Quorum quid

Argumen. ab adiacẽtibus.

Argum. ab effectis.

quid vſquam in pane ſacerdotali cõſpicitur? Tot quotidie milia panum a ſacerdotibus deuorantur. Tot Chriſti lacerantur. Vbi tamen ſacerdos vllus tot percipiendis Chriſtis pilo melior redditur, ſiue in ſpirituali cognitione aliqua, ſiue exemplo morum? Quid hæc tam frequens ſacramenti contrectatio vel addit virtutibus ipſorum, aut vitijs adimit? Quòd ſi Chriſti præſentis efficacia tot tantaq; ſolebat miracula ædere, quî fit ergo, vt idẽ toties præſens nunc cum ſacerdotibus, cum epiſcopis, cum pontificibus nihil efficiat in corrigendis ipſorum moribus? Hoc enim extra omnem controuerſiam eſt, ſi Chriſtus adſit, & viuat in ſacramento, adſit pariter & eiuſdem efficacia neceſſe eſt. Nullo enim pacto poterit ab energia potentiaque ſua ſeiungi Chriſtus. Rurſus nec idem ſolet, vbicunq; ſit, otioſus eſſe. Age quid ergo noſter hic Chriſtus agit tãdem? Inſoleſcunt pontifices. Delitiantur epiſcopi, ſcortantur ſacerdotes, helluantur, nugantur, belligerantur, inuident, obtrectant, fraudãt, peierãt, deniq; nec minus in ſpiritu tepidi, quã in moribus improbi. Adime hypocriſin, et perſonatã ſãctimoniæ larnã, quotuſquisq; vſq; ſacerd. â miſſa redijt quacũq; in re correctior?

Hoc

Hoc quotidiana ipsorum vita tot occultis, publicisq; flagitijs inquinata, etiam me tacente, loquitur apertissimè. Fateor equidem nemini in humana hac infirmitate mortaliū esse, quē non sua consequuntur vitia. Attamen si conferenda sunt exempla, aut me fallunt multa, aut vix quisquā reperiat vllum mortalium genus magis mortale, minus mortificatum, minusq; mutatum, quàm sacerdotum. Absit inuidia vero. Noui conplures, prodo neminem. Excutiat qui volet arborū istarum fructus. Quid vsquā eximiæ pietatis aut maioris sciētiæ in ijs apparet, in quo cæteris mortalibus non modo prælucent, sed etiam cū ijs sunt (vt modestissimè dicam) conferendi? Vbi nunc efficacia illa præsentis Christi? Si hæmorrhousa illa Euangelica vel ad contactam Christi vestem tot percepit vtilitates, quid non efficiet corporis illius omnipotens præsentia in sacerdotibus tam religiosè quotidie illum alloquētibus ac sacrificātibus? Christus vt omnibus natus est, ita semper gaudebat sese aperire omnibus. Hæc si quondam natura illius fuit, qui nunc fit vt idem præter naturam & ingenium suum occultus delitescat in pane, ita vt nec agat quicquā, nec videatur à quoquā?

A proprio.

Si

Si efficax sit illic Christus: quid agit? Si præ sẽs, quis vnquã vidit? Aiebat christus se post triduũ resurrecturũ, idq; apertè affirmauit ac sine tropo: et tamen si nemo vnquã eum vidisset, si nulli apparuisset resusscitatus, quis te quæso, credidisset? Ita quando hi mihi prodixerint idoneũ testem, qui viderit aliquãdo Christi corpus istic verè præsens, aut vllum corporis simulachrum, crediturus sum, alioqui nunquam crediturus, etiam si mihi sexcenties præsentẽ Christum dixerint. Quo pacto enim præsens quicquam esse potest, quod nusquam sentiatur, videatur nusquam? Deniq; quo pacto visibile adesse corpus potest, quod sit omnibus modis inuisibile, inconspicuum, ac insensibile? At hæc, inquient, est inuestigabilis Christi omnipotentia, qui verbo potest quicquid libet. Is qui dixit esse corpus suum, rerũ potest mutare naturas modo nobis inscrutabili. Respondeo. Si omnipotens adeò Christus sit (vt esse quidem confitemur omnes) eamq; hic omnipotentiam voluit exprimere, cur nõ pro eadem omnipotentia panem transfigurauit in expressam sui corporis formam, cũ diceret hoc esse corpus suum, qui quidem verbo potest omnia? Qui tam facilè mutauit naturas rerum

A similibus.

A cõnexis

Obiectio.

Solutio.

quin

A comparatis. quin minus etiam ipsas mutauit qualitates? Potuit, quia omnipotens. Nec dubium quin voluisset, qui semper voluit sese esse omnibus quã apertißimum, si illi huiusmodi quicquam in mentẽ incidisset. Omnipotẽs est Christus fateor. At ego non quid poßit christus, sed quid hic effecerit disputo. Nihil nõ potest ille: Necessarium id quidem est. Attamen â posse ad esse non statim necessaria est consequentia. Quid hoc ad institutum, quid poßit aut nõ possit dominus, nisi hoc ipsum fecisse cõprobetur? Si fecerit, ostendant præsentem Christũ. Sin nequeant, cur credendũ est fecisse? Quia dixit (inquiunt) Christus, hoc esse corpus suũ qui mẽtiri non potest, propterea credendum est.

A paribus. At idẽ aiebat eodẽ tropo sese esse vitẽ, aquã, ostium, qui mẽtiri non potest, nũ credemus ilico Christũ esse vitem naturaliter? Absit (inquies) tanta absurditas. Quæso ergo id expendas christiane frater respondeasq; : vtrũ tibi

A comparatis. absurdius videatur, si vitẽ dicas esse Christũ, quã si dixeris panẽ esse Christũ. Quãobrem si vtrobiq; par sit absurditas, quur non vtrobiq; eandem adhibemus interpretationẽ? Dices, quia in pane hoc iußit fieri in sui commemorationem, non item in vite. Recte. At quis

vnquam

nunquã vidit cõmemorationem fieri, nisi dun-
taxat eorũ quæ absentia sunt? Cõmemoratio
quippe absentiũ est, fruitio fit præsentiũ. Sed
longè lateq́ hic aberrant Theologi multi, in
portu quod aiũt, ipso impingẽtes, Quum verba
hæc Christi nõ videãt creationis aut mutatio
nis nõ esse, sed tãtũmodo explicationis. Alio-
qui si quid mutare aut creare voluisset domi-
nus, non ita locutus esset, hoc est corpus meũ:
sed hoc fiat corpus meum. Quemadmodum in
creãdis rebus dixit Deus: Fiat lux, & facta
est lux. Fiat Adam, & factus est. Non autem
dixit, Est lux. Est Adam. Neq́ enim conueni
rent hæ voces tali rei. Quis enim creaturus
aliquid aut producturus, quod in rerũ natura
nõ dum existat, dicit hoc esse illud priusquam
fiat. Vox enim præsentis temporis iam id ip-
sum esse aliquid, non futurum esse indicat.
Tum quis constituit ea quæ iam existunt.
Quum creatio & transmutatio semper sit re-
rum futurarum, â non esse ad esse (vt cum
scholis loquar) omnino progrediens. Quam-
obrem quid ex verbis Domini colligendũ sit,
vel ipsa locutio facilè arguit, quæ nullo pacto
potest creationis esse, sed tantum expressionis.
Neq́ enim iussit vt hoc fieret corpus suum,
sed

Cõmemoratio.
Fruitio.

A tempore

sed simpliciter dicit. Hoc est corpus meum. Quemadmodum alibi affirmabat sese esse vitem, pastorem, panem cœli, non constituens aliquid, sed explicans videlicet quid nā ipse esset apertius, per rerum istarum collationem. Atq; hic loquendi mos frequētissimus est non in scripturis solum. Quæ etenim ex sese obscuriora aut sublimiora sunt, facilius adhibita similitudine aperiuntur. Ita hic Christus volens abstrusissimum illud corporis sui mysterium mundo aperire, accepit panem fregitq; discipulis distribuendum, dicens, hoc est corpus meum, quod pro vobis mox tradendū est: Nihil inde constituens, sed per hoc explicans significatissimè, quātum fructus ac alimonia lateret in corporis sui passiōe. Quare vt iureconsulti, legum nō tam verba quàm mentem spectare solent, ita non verba Christi tantopere arrordenda sunt: sed quid voluit, quid cogitauit expendendum. Hac demum ratione quid in hoc sacramento nobis sequendum sit facillime comparebit. Videamus ergo, cum dicit dominus: hoc est corpus meum, quid tandem hic verbis voluit significari? nū vt panis naturaliter in corpus ipsius depanesceret? At quid hac conuersione opus, aut qua causa

A comparatis.

A contingentibus.

A causa finali.

causa probabilitis saltem afferri poßit, quamobrem hoc faceret Dominus? Tritum est enim Deum & naturam nihil frustra agere: Dicas ergo causam aliquam (ter bullate Theologe) si id credis fecisse Christum, quamobrem id faceret, aut qua gratia. Dices fotaßis eo factum hoc à Christo, quo perpetuo haberet Ecclesia præsentem, quo sese posset consolari. Elegans sanè consolatio quæ nihil aliud quã oculis satisfacit hominum. Alioqui quid tandem hic mutus Christus quenquam poßit cõsolari, qui nec loqui, nec respõdere quicquam neq; exaudire, nec iuuare quenquam ne seipsum quidem poterit. Cæterum Paulus in suis ad Corinthios literis, nos omnes auocans ab externis istis aspectibus, exertè profitetur se neminem nouisse secundum carnem, imò ne christum ipsum, quem etsi aliquando nouerat secundum carnem nunc tamen amplius nouiße negat. Verum quàm hæc falsa euanidaq; sit cõiectura, vel hinc facile demonstrari poterit. Quippe si modo voluisset Christus, superstes hic cum Ecclesia sua viuere sub sacramento, quamobrem discipulis tum distribuit idipsum ilico comedendum? Quo pacto enim simul eadem res & lacerari potest & superesse?

Axioma.

A causis.

Dilutio.

2. Corin. 5.

esse? Siquidem corpus ipse suum vllo pacto relinquere hic statuißet cum ecclesia, quorsum relinqueret, nisi vt seruaretur? At quis ea proponit ad seruandum, quæ mox tribuuntur ad comedendum: Deinde apertißime etiam scripturæ repugnant quæ palam testantur Christi carnem vbicunque sit incorruptibilem esse, tantoque magis incomestibilem.

Postremo, si corporis sui præsentia donasset ecclesiam ad consolationem, quorsum opus postea spiritus paracleti mißione fuit? Imo vt rem semel vniuersam paucis expediamus: Nisi Christus corpus suum omni modo à nobis subduxisset, nullo modo spiritus sanctus aduenißet qui rectißime à Philpotto, Christi in terris vicarius dicitur. Quorsum enim venit spiritus ille sanctus, nisi vt illius quodammodo suppleret absentiam: iuxta illud Euangel. Nisi ego abiero paracletus venire non potest. Iam quo modo qui absens est vos præsentem statuetis?

A contingentibus.

A contradictorijs.

Hæc cum tam clara sunt, etiam à doctoribus ferè omnibus comprobata, qui quasi vno ore non nisi mysticam corporis præsentiam tribuunt sacramento: Miror qui factum sit vt ecclesia his postremis annis ab hoc mysterio ad tan-

A pronunciatis.

tantã crassitiem dilapsa sit? Sed hoc debemus imperitis sacerdotibus quibusdam ac Theologis, qui cum nec literis, nec re vlla fere exculti essent, primum ad omnia stupere solebant, non aliter quâm pueri ad Iunonis auem (quod aiunt) quæcunque sensibus obiecta erant. Mox adorare etiam. Inde paucorum superstitio in errorẽ accreuit publicũ. Vt iã qui plura adorare visus esset, is omnium religiosissimus haberetur. Ita gliscente paulatim superstitione, tandem multitudinis imperita simplicitas facile (vt fit) rei malæ arripuit imitationem: donec consuetudine iam confirmata stulta deuotio vires maiores cõtraxit, validiusq; in animis omnium insederat, vt iam vix esset cuiquam fas de ea Ἐ'πέχειν. Efficiens ca.

His itaque auspicijs ac incrementis, primum profecta progressaq; hæc tam insulsa est superstitio. Sed omissa hac tandem argumentorum velitatione, magis fortassis perplexa quâm necessaria, quoniam in hoc libello non cum Theologis digladiari, sed imbecilles duntaxat fratres instituere decreuimus, nunc quâm simplicissimè breuissimeq; fieri potest, quid sit sacramentum hoc, quo pacto accipiendum, quãobrẽ deniq; institutũ sit edisseramus.

Illud tamen primum præfari, quod in primis mihi referre ad mortalium omnium institutionem videtur, quicunque veritatis inuestigandæ studio ducuntur. Illud autē est, vt timorem dei seriô ac diligenter ceu preparationis catapotion aliquod imbibant. Timor enim Domini sanctus & infucatus, optimus rerum discendarum magister est, sine quo nihil video quid magnopere humana prosit diligentia. Quemadmodum enim nemo felicius docetur quàm qui â Deo instituitur, ita nunquâm potest ab his spiritus Dei abesse diu, qui toto pectore accedunt ad illum ac contremiscunt ad sermones eius. Esa. 57

Timor dei.

Sed immane est quantum nunc christianorum mores, prorsus excusso timore dei, ad Cyclopicam quandam immanitatem degenerarunt. Quisquis deum fortissimê negligere potest, huic precipuê applauditur. Timor Dei penê ignauia habetur ab omnibus. Tanta morum corruptela, nescio quo sinistro seculi fato christianum orbem inuasit, vt non aliter quâm gygantes cum ipso iam cœlo pro terrenis opibus ac voluptatibus dimicaturi videamur. Hinc iste mundi fastus, gloria, luxus, ambitio, securitas, cōtemptus dei, violentia, fraus

Esai. 57

Corrupta christianorum vita.

iniuriæ, ipsaq́ adeo malorum radix auaritia, tantopere nunc per terras omnes inualescent, vt nihil penè sit humana vita aliud quâm publica quædam habendi ac rapiendi nunquam satiata libido. Et tamen cum ijs moribus profitemur Christum, & miramur interim quî accidere poßit, vt ecclesia nostra aberret tam diu. Cæterum longe alijs ingrediendum est vestigijs, quisquis cum populo errare non velit. Vt nihil enim magis humanas mentes transuersas à vero abripit, quâm vitæ iniquitas: ita haud aliud est, quod nos feliciori compēdio ad diuinarum rerum cognitionem traducit, quâm sincerus dei timor simul cum vitæ mutatione coniunctus, quem gratia Dei cœlestis semper comitari solet. Quòd si prophanus ille philosophus vix iuuenes ad Ethices suæ admisit auscultationem, videlicet propter ætatis illius feroriam ac impotentiam: quāto æquius est ab omni humanæ vitæ corruptela abscedere illos, qui tam venerandam capessunt philosophiam, præsertim vbi omnia integuntur mysterijs tam sublimibus, vt sine peculiari spiritus adminiculo nihil efficiat humani ingenij solertia quantumuis alioqui subtilis & perspicax.

Idonei auditores theologiæ.

Hæc obiter ac perfunctoriè admonere visum est, quæ etsi minus sint ad rem apposita, fortaßis tamen ad homines ipsos nequaq̃ omnino inutilia. Nunc (vt ad rem ipsam tandem accedamus) quisquis sacramẽti huius mysterium aßequi parat: ita illi exordiẽdũ est, vt quã solertißimè perscrutetur admirabiles illas diuitias, fructũ, ac mysteriũ paßionis christi. Id verò haudquisquã poterit, nisi quos vita huius afflictio aliqua, oĩbusq́ intellectum suppeditãs vexatio ad deũ attraxerit, ac capaces abditißimi huius mysterij reddiderit.

Afflictio.

Mysterium autẽ appello illud, vbi sub externa re quapiã ac cortice, tectioris aliquid ponderis quasiq́ medulla maioris operationis lateat. Quẽadmodũ hic ad externã speciẽ omnia quidẽ abiecta videtur. Quid enim mirũ adeò si homo communi hominũ lege in cruce pendẽs moriatur? & tamen sub hac tam abiecta mortis specie latet infinita vis, maiestas, ac operatio. Similis quidẽ mors, similis paßio aliorum hominũ: fateor in ipsa moriendi similitudine. Cæterũ in potẽtia ac mysterio, tã dißimilis aliorũ morte, quãto nũc ipse cæteris oĩbus sublimior factus est hoĩbus. Cuius quidẽ mortis mysterium quantum, quanq́ augustum sit, vel hinc in promptu æstimare est, cum vniuersum

Mysterium quid.

facræ scripturæ negotium nihil aliud sit quàm mortis istius contemplatio quædam ac prophetia. Quæ eteni causa fuit Abrahæ tãtopere in spiritu gestiẽtis atq; exiliẽtis, nisi q̄ mortẽ hãc domini tot ante annos in spiritu præuidit? vidit, et gauisus est. Quid aliud Mosis tot scripta volumina designant, quàm hanc Christi venturam mortẽ, quã is tot figuris, tot typis deliniat tã euidẽter, vt mihi illius libros cõsiderãti nihil aliud videatur ille, q̄ christus quidã propheticus. Quò deniq; pphetarũ cæterorũ oracula tẽdũt, quò respiciũt, nisi ad mortẽ christi hãc, in qua omnẽ salutẽ nostrã quasi vno ore singuli cõstituũt. hoc nimirũ illud est quod θεόπνευστος ille Dauid videbat factũ esse a domino, et mirabile esse in oculis nostris. Hæc illa dies à domino facta in qua tãtopere nos oẽs ad lætitiã prouocat. Ex quo facile videre est, quãtũ passiõis huius solatiũ, quãtaq; maiestas fuerit quippè, quæ tot patres, tot prophetas exhilerauit, imò vniuersã rerum naturã mirabili mutatione ĩuertit, vt qui ãtea peccatores essẽt perditissimi, nũc sint immortales filij dei, Quid vnq̃ in humanis rebus simile audierunt mortaliũ aures? Et tamẽ hoc effecit christus inscrutabili illo mortis suæ triũpho. Quẽadmodũ vniuersa testatur scriptura, quæ

Abraham.

Ioan. 8.

Moses christus propheticus.

Psal. 118.

Summa scripturæ. (vt in summa dicã)nihil aliud est quâm continua quædam huius passionis prophetia ac testificatio. Iam hoc ipsum intelligens christus abditissimum mortis suæ mysterium, quo vniuersum mortalium genus videbat refectũ iri, omnibus modis vim illius nobis aperire voluit, nunc apertê, nũc obscurius, tectiusq̃, nũc sub paradigmate aut parabola loquens, sed ita vt non difficile esset sensum mentis illius interpretari, dum hic se lucem mundi, hic se pastorem omnium facit, illic sponsum, alibi se vitem, interdum aquam vitæ affirmat, aliâs sese panem viuum profitetur. Hæc quid aliud quâm abstrusissimam quidem illam, sed eadẽ augustissimam mortis suæ magnificẽtiam obumbrant? videbat enim sapientissimus Iesus quid futurum esset, sed idem maximus modestiæ obseruator malebat occultius veritatem significare, quâm arrogãtius sui ipsius buccinator videri. Huc itaq̃ pleraq̃ ferê omnes parabolæ pertinent ac similitudines noui testamenti: Huc quoq̃ omnis illa sacramentorum uis atq̃ institutio. Quemadmodum enim baptismus aquæ publicam peccatorum ablutionem per mortem Christi significat: Ita sacramentum hoc mensæ Dominicæ nihil aliud innuit

[Margin notes: Ioa. 10. Ioan. 8. Ioan. 6. — Modestia Christi. — Sacramentorum causa. — Baptismus — eucharistia]

uuit quàm publicam mundi alimoniam, quæ Christi passionem nobis omnibus obueniret. Quocirca pridie passionis suæ vidēs Iesus se postridie moriturum, simul et intelligēs quātum hinc fructus promanaret in vniuersum orbem, tum idipsum etiam volens sensibili aliqua similitudine apostolis nobisq́ perpetuo patefacere, accepit panem, fractumq́ ac distributum innuebat esse corpus suum, quod pro nobis traderetur: nō quòd panem illum volebat transsubstantiari in corpus ipsius, aut vinum in sanguinem: sed per externas istas & pinguiores similitudines panis ac potus abditissimam passionis mox secuturæ vim ac operationem nobis ob oculos ponere studens.

Ratio huius sacramenti.

Hoc est, inquies, sentimentum tuum, sed quid adfers quo persuadeas certum ac indubitatum istud esse. Sic hodie Iudæi rationes exigunt de Christo nostro, cum integra scriptura sit locupletissimum illius testimonium. Respondeo ergo, spiritum esse dei atq́ vnctionem sacrā quæ clarissimè inspirat suis quid in istiusmodi rebus cuiq́ sit sentiendum. Sed age an vis tibi veluti certissima ἀποδείξει demonstrari, Christū in pane nihil aliud quā sui corporis significationem dedisse. Vel id satis argumenti

1. Ioan. 2.

menti est, quur illum ipsum panem continuò proposuit ad comedendũ, quo nõie facile ostẽdebat, neutiq̃ viuam corporis datũ iri præsentiam, cũ Christus non in hoc venerit vt ederetur, sed vt viueret: non vt expleret ventrem sed animam: non vt seruiret dẽtibus, sed vt seruiret spiritui ac resurrectioni. Deinde
Gens. 9. Scriptura Gens. 9, palam abbominatur humanæ carnis, sanguinisq́ esum. Vere cibus est christus: Verum est, sed animæ non corporis. Quis enim vidit vnq̃ humanam carnem proponi ad comedendum? Quod cũ natura ipsa abhorreat, satis clarum est, aliud q̃ corpus suum dedisse eum ad manducandum. Porrò expendamus ipsam loquẽdi formulam. Quòd si mutare aliquid per hæc verba constituißet, satis erat sic dixiße: Hoc est corpus meum, vt nequid amplius adderet. Nunc non ita simpliciter dixerat: Hoc esse corpus suũ: Sed addens corporis sui traditionem, facile commonstrauit se non de corpore, sed de corporis paßione iam iam secutura locutum esse, cuius videlicet proprietatem, per panis potusq́ conditionem voluit exprimere. Consimiliter de pane loquens non dixit simpliciter eum esse corpus suum. Sed accipite, inquit, & manducate, hoc

est

est corpus meum, nimirum non tam panem ipsum, quàm panis manducationem intelligens. Vnde haud obscurum esse poterit cordato lectori, hæc Christi verba nihil minus quâm ad substantias rerum referenda esse, sed duntaxat ad proprietates, quatenus mutua quadam inter se analogia alludunt significatissimè. Quemadmodum enim panis per stomachum receptus transit in alimoniam ac incrementum corporis: Ita Christus per fidem receptus totam vegetat, saginat, atque exhilarat animam, alioqui nulla re alia reparabilem. Dominus Iesus nos sempiterna sua letitia expleat, ad corporis simul & animæ saturitatem. Amen.

ARGVMENTVM

REFVTATIO DECRETI de Missæ origine, et autoribus.

¶ Verba Decreti de conscrat. dist. 1. capitu. 10. Iacobus.

Iacobus frater Domini secundu carnem, cui primum credita est hierosolymitana ecclesia, & Basilius Episcopus Cæsariensis, in scripturis addiderunt nobis Missæ celebrationem.

¶ Responsio.

¶ Habebant olim vetustioris Ecclesiæ antistites, suos qualescunq; ritus fortaße, et peculiares liturgias cum fractione panis: longè tamen latèq; Missæ huic nostræ dißimiles. Quæ vndecumq; irrepsit, ab his sanè autoribus profecta non est. Quî enim fieri id [illegible]uit? quum singulas eius particulas & rapsodias post horum vtrunq; hinc inde variè conflatas esse atq;

q; nominatim adiectas, vnà cum ipsis cano-
nis præfationibus (quæ decem in Decretis
numerãtur) ad liquidũ cõstat ex Augustino,
Rabano Mauro, Gregorio in Registro, Ber-
nardo, Gui. Durãdo, Antonino, Innocẽtio li.
sat. alt. mysterio: Sabellico, Gab. Bielo, &
ijs nõ paucis, satisq; idoneis testibus. Qua de
plenius à nobis (volente Christo) & expli-
tius suo loco edisseretur.

¶VERBA CANO. EX CI-
tatione Decret. de consecrat. dist.
1. capitulo. Omnes.

Omnes fideles qui conueniunt in solennitatibus sacris ad ecclesiam, scripturas apostolorum & euãgelium audiant. Qui autem non perseuerãt in oratione vsq; dum Missa peragatur, nec sanctam communionem percipiunt, velut inquietudines ecclesiæ commouentes conuenit communione priuari.



¶Re-

¶ Respons.

Eiusdem vanitatis & hoc Decretum m
rito arguatur. Quum Missæ vocabulum nu
in eo canone reperiatur, porrò nec Græcoru
auribus ad hoc vsq; tempus cognitũ. Quum a
tem canon ille græcè primum conscriptus fu
in eo quidem legimus quemodmodum in ca
ris ipsorũ cano. Τῆς κοινωνίας, καὶ λειτουργία
frequentem mentionem, missæ omnio voce
nullam legimus. Accedit huc in eo canone m
nime prætereundum, quòd omnes pariter fide
les communionem vel percipere, vel excom
nicari id temporis iuberentur: quæ consuetu
nimium ab horum tẽporum vsu recedit. Por
ro neq; ad rem quicq; hic facit, quod Glossariu
in spatio marginis, ex suo adijcit, perceptione
hanc, tempore deputato, ter videlicet quota
nis, ex antiquo decreto, accipiendã intelligen
quum ex Augustino liquet, temporibus
Apostolorum cunctos fideles quo-
tidie communicare
solitos.

¶ ARGVMENTVM IN
secunda figura.

Fe Corpus reale Christi non est sacramentum corporis Christi.

sti Id, quod instituitur in cœna, est sacramentum corporis christi, teste August. Sacramentũ, inquit, instituit: Sacramentũ nobis commendauit.

no Ergo quod instituitur in cœna nõ est corpus reale Christi.

¶ Maioris probatio.

Ba Sacramenta propriè signa sũt & exemplaria rerum, definiẽte Augustino.

ro Corpus Christi reale signũ non est rei cuiusquâm.

co. Ergo corpus Christi reale non est sacramẽtũ corporis christi.

¶ Minoris probatio.

¶ A relatiuè appositis.

Fe Idē signū esse & signatū, simul atq; respectu eiusdē non potest.

sti Corpus christi reale res ipsa est quæ signatur.

no. Ergo corpus Christi reale non est signum.

¶ Maioris probatio.

Fe Quæ simul diuersis insunt subiectis, eadē esse, respectu eiusdem non possunt.

ri Signum, & res signata diuersis simul incumbunt subiectis.

o. Ergo signū esse & cōsignatū, simul consistere & respectu eiusdem, haud poterunt.

¶ Minoris probatio.

Da Omnia correlatiua in diuersis insunt subiectis.

Signū, et signatū sūt correlat.
Ergo res signās, & signata di-
uersis incumbunt subiectis.

¶ Maioris probatio.

Axioma est firmum & necessa-
riū, Correlatiua in alio atq; alio sub
iecto constitui, ita vt quod de sig-
no, idem pariter de signato prædi-
cetur, nulla ratione poterint. Atq;
ideo sic signū propriè definitur, ab
Augustino & alijs. Quod nimirum
suo indicio nos non sui ipsius, sed al-
terius rei commonefacit. Iam nihil
posse, idē simul & aliud esse, nemo
est qui non intelligit.

¶ SYLLOGISMVS EX-
positorius in 3 figura.

Capernaitæ substantiale Christi e-
sum somniabant.
Capernaitæ errabant & à Christo

 redar-

redarguuntur.

Ergo qui substantialem Christi esum statuunt errãt, simili quoq; digni reprehensione.

¶ Respondet ad Maiorẽ aduersarius.

Capernaitæ substantialẽ quidem coporis illius esum somniabant, sed sub humana forma, non sub specie panis & vini. In eo igitur nostri dissentiunt á Capernaitis.

¶ Contra responsionem aduersarij.

Non satis est vt â Capernaitis dissentiamus, nisi & cum Christo consentiamus. Somniabant illi crassam humanæ canis comestionem sub propria specie: Isti verò sub aliena idem somniant. Quantulum quæso interest? quum eadem vtrobiq; substantia, eadem caro, eadem oris, dentiũ, ven-

ventriculi & egestionis officia cogitantur. Idem deniq; vtrinq; error. Quod si in eo solum errasset Capernaitæ, quòd panis speciem non assequerentur, haud dubium quin Christus, sensum illũ de specie panis deserte eo loco explicuisset. Nũc nulla prorsus de speciebus panis facta mẽtione, apertè dicit verba hæc ipsius spiritum esse & vitã: Videlicet non modum humanæ carnis comedendæ explicans, sed omnem prorsus crassam illã & crudã carnis ipsius mãducationem tollens: vbi ait. Verba mea spiritus sunt: quasi dixerit: Verba mea non panis sunt, non accidentia, non caro, aut carnis substãtia aliqua: sed Spiritus & vita: nẽpe ad eam manducationem nos reuocãs

quæ non corpore peragitur sed spiritu: non quæ ad vitam huius ventris, sed quæ ad vitam animæ immortalē ducit, de qua manducatione Augustinus: Quid paras dentem, quin paras mentem: Crede, inquit, & manducasti.

¶ Syllogismus Hypotheticus.

Da Si baptismi elementum visibile retinet substātiā priorem, similiter & Euchar. retinet.

ri Baptismus retinet elemēti sui substantiam

j. Retinebit igit̃ et Eucharistia.

¶ Maioris probatio.

Da De similibus simile ferendum est iudicium.

ri Sacramenta Baptismi & cœnæ sunt similia.

Ergo

i. Ergo ſimile de illis iudicium ferendum eſt.

Minoris probatio.

Da Sacramēta, quæ, in eo quòd ſacramēta ſunt et definiuntur, cōueniunt, inter ſe cōueniunt.

ri Baptiſmus et cœna eadem definitione conueniunt.

i. Ergo inter ſe cōueniūt et ſunt ſimilia.

¶ *Minoris probatio.*

Sacramentū baptiſmi quatenus ſacramentum eſt, ſignū eſt viſibile inuiſibilis gratiæ.

Sacramentū Euchariſtiæ, ſignū eſt viſibile inuiſibilis gratiæ.

Ergo hæc pariter, eadem ſacramenti definitione, conueniunt.

Deinde & Paulus Cor. 12. duo

hæc

hæc simul coniungit sacramēta, affirmans nos vno spiritu baptisatos esse, et vno spiritu potatos.

¶ ARGVMENTVM ALIVD.

Fe Non potest idē esse et sacramentum corporis, & corpus ipsum
ri Eucharistia est sacramentum corporis Christi.
o. Ergo Eucharistia non est ipsum corpus Christi.

¶ Maioris huius Argumenti probatio.

Da Quarum definitiones diuersæ sūt, res ipsæ eædē esse nequeūt.
ri Sacramenti, et corporis Christi definitiones sunt diuersæ.
j. Ergo sacramentū, & Corpus christi, vnū ideq̃ esse nō possūt

Minor satis per se liquebit, collata vtriusq̃ definitione, quam mox

ſumus, fauente Chriſto ipſo, daturi.

¶ Minoris eiuſdem Arg. probatio.

Quòd Euchariſtia ſacramẽtum ſit; haud arbitror indigere probatione, Aut ſi egeat, in promptu eſt Augustinus. pſal. 98. Non hoc corpus quod videtis, manducaturi eſtis, nec bibituri illum ſanguinem, quem effuſuri ſunt, Sacramentum aliquod vobis commendaui &c.

¶ ARGVMENTVM ἀποδεικτικὸν à definitiõe.

Da Cui adimitur definitio, & definitum.

ri. Euchariſtiæ adimitur definitio corporis Chriſti.

j. Ergo Euchariſtiæ adimitur eſſe corpus Chriſti.

¶ Minoris probatio in 2. figura.

Ba Corpus Chriſti eſt certa perſo

na

na animata, sensibilis, ex virgine muliere facta: in quo corpore perempta est inimicitia inter Deum & homines.

ro Eucharistiæ non competit hæc definitio.

co. Ergo Eucharistiæ non competit definitio corporis christi.

Minoris confirmatio.

Quòd Eucharistia quamtumuis consecrata non sit corpus eiusmodi, liquet: Primum enim vt nullus in eo sensus, vita, aut motus inesti: ta nec corpus ibi adesse certum est. Deinde si idem fuisset corpus quod tradebatur atq; passum est, perempta est ergo in eo inimicitia. Quòd si porrò in eo corpore perempta sit inimicitia inter Deũ & nos, frustra igitur po-

postea mortuus est Christus. Sed nō mortuus est ille frustra. Ergo in corpore eucharistico non est deleta inimicitia, neq; in eo est reale corpus Christi.

¶ Argumentum aliud in 2. figura.

Ce Christus non dedit in sacramēto corpus paßibile.

sa Corpus christi materiale quod tradebatur, erat paßibile.

re. Ergo christus non dedit in sacramento, corpus materiale quod tradebatur.

¶ Maioris probatio.

Ba Si corpus paßibile dediſset in esum, vitari non potuit, quin inter ededum pateretur: sicq; bis pateretur Christus.

ro Nihil autem passus est ille inter

ter edendum.

co Ergo non dedit corpus passibile in cœna.

ARGVMENTVM ALIVD.

Ba Nihil cõtra naturã fecit christus, licet suprà naturã multa

car Contra Naturam facit, quisquis humanas carnes re ipsa proponit ad vescendum.

do Ergo Christus carnes suas re quidem ipsa non proposuit ad vescendum.

¶ Maioris probatio.

Ca Quicunq; contra Naturam facit, diuinam is legem violat.

mes Christus nulla in re legem violat diuinam.

tres Ergo Christus nil contra naturam facit.

¶ Maioris huius Argum. cõfirm. ex decret.

Diuinæ enim leges Natura consistunt. Decret. distin. 9. Sana &c. Rursusq; ibidem: Naturali iure nihil aliud præcipitur, quàm quod deus vult fieri: Nihilq; vetatur, quàm quod Deus prohibet fieri etc.

¶ Minoris superioris arg. probatio.

Tacita Naturæ lege cunctis comparatum est hominibus, vt ab humanæ carnis esu (quem Græci ἀνθρωποφαγίαν vocant) omnes abhorreamus: quemadmudum & Dei quoq; præscriptione idem vetitum legimus. Quod si tali Cresphygeto rem excussent Anthropophagi isti, quòd sub speciebus panis & vini caro illa mãducetur: at nihilo minus in eodẽ tamen hærebunt luto, quando externa hæc accidentia ἀνθρωπομόρφωσιν fortaßis

tasſis mutare, at ἀνθρωποφαγίαν tollere non poterint. In ſumma, Natura nulla omnio ratiõe nec ſpecie, humana corpora ad eſũ et eſcã deſtinauit.

¶ ARGVMENTVM ALIVD.

Di Solebant antiquitus exuri panis Eucharistici reliquiæ.

ſa Reliquiæ panis Eucharisſtici erant corpus Chriſti.

mis Ergo corpus Chriſti ab antiquis patribus exurebatur.

¶ Argumentum aliud.

Ce Non poteſt coli corpus chriſti in ſacramento, quin vna adrẽtur panis & vini accidẽtia.

ſa Idololatria eſt, adorare panis, et vini accidẽtia, probatio ab Etymologia: ιδωλολατρία, eſt id venerari quod videtur.

Er go

re. Ergo corpus in ſacramento co
li ſine idololatriæ periculo nō
poteſt.

¶ Maioris probatio.

Populi venerari id ſolent in ſa-
cramento quod vident.

Vident in ſacramento nō corpus
ipſum, ſed accidentia panis.

Ergo ſimul cum corpore colunt
panis & vini accidentia.

¶ Maioris probatio.

Minor ipſa papiſtrarum ſen-
tentia, Maior voce populari cōfeſſa
eſt. Siquidem vulgi quotidiana vox
eſt, ſe hodie creatorem vidiſſe ſuū.
Intera hic obſeruādum, adorationē
& oſtenſionē ſacramenti ab Hono
rio 3. pontif. autore profectam eſſe.
Nam ante in eccleſia ignorabatur.

¶ ARGVMENTVM aliud.

Sub-

ARGVMENTVM.

Subiectum: Hoc: vel panem demōstrat, vel corpus christi, vel Indiuiduum vagum.

Sed corpus christi demōstrare nō potest, nec Indiuiduū vagum.

Ergo panē demōstret necesse est.

¶ Minoris probatio.

Si corpus christi demōstret: Hic erit propositionis sensus: corpus christi, est corpus christi: sicq; nulla omnino fieri trāsubstātiatio potest.

Sin Indiuiduum vagum demonstret: at neque hoc quidem fieri vllo modo potest. quoniam accidentia panis & vini quæ manent, panem & vinum esse, aut corpus quidē christi transubstantiatum: nō indiuiduum vagū necessariò declarant.

Restat ergo vt panis demonstretur.

tur. Tumq; hæc erit propositio. Panis est corpus christi Quæ prædicatio figurata sit necesse est. Nam alioqui secundum materiam ipsam, & communem prædicandi morem, indiuiduum de specie prædicaretur. Quod dictu absurdum est.

¶ Dilemma.

Si sub specie panis et vini substantialis sit caro Christi, viuáne sit an mortua respondeant.

Si viua, occiditur ergo comededo. Si mortua quo pacto viuificare comedentem poterit?

¶ ARGVMENTVM BONERI confutatum.

Bonerus vbicunq; sacris in literis videt mentionem panis aut cibi, somniat ilico agi de Eucharistiæ sa-

cramẽto, turpi erroris opinione, ſed nuſquam errans turpius, quàm in 6. Ioan. cap. vbi totam illam, de pane diſputationem chriſti ad cœnam tã-tum detorquet ſacramentariã. Sũt autem in vniuerſum tres potiſſimũ loci in 6. Ioan. quos vrget contra no-ſtros Bonerus.

1 Panis quem ego dabo caro mea eſt &c.

2 Niſi ederitis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinẽ &c.

3 Et caro mea verè eſt cibus et ſã-guis meus verè eſt potus et c. Quorũ in priore promiſſio oſtẽditur. In altero periculi denũciatio auditur. In tertio, fructus declaratur. Vt igitur ordine iſta perſequamur, primum in hũc modum argutatur Bonerus,

vt paululum eius adiutemus Dialecticam.

¶ Syllogis. in tertia figura.

Di Panis quē promisit Christus daturum se, caro est ipsius.

sa Panis quē promisit daturū sese, nusquā nisi ĩ cœna dabatur

mis. Ergo panis quem in cœna dedit, caro est ipsius.

¶ Ad Maiorem respons.

In maiore verba Christi trūcatim citantur, astutè dissimulatis ijs, quæ caput explanant negotij. Christus enim de carne quidē loquitur, in hoc capite, sed illa, quam daturus sit pro mundi vita, hoc est pro redēptione et remissione peccatorū, quod nusquam fiebat, nisi semel, idq; in cruce, et cū effusiōe sāguin. Hæbr.

¶ Ad minorem respons.

Perpensa itaq; hunc in modũ Maiore, Minor simpliciter negãda est. Christus enim etsi panem in cœna dederat titulo quidẽ & nomine sui corporis: nequaquam tamẽ carnem illam in cœna dedit, quã in sexto hoc Ioan. promisit se daturum, pro mundi vita. Quid ergo, inquies, an nõ promisit panem? an non in cœna dedit? an non corpus dicebat suum? Promisit, fateor, sed pro mundi vita. Dedit et in cœna, fateor, sed non eũ, quẽ in illa tũ promisit cõcione. Dicebat, fateor: sed aliud est prædicare, aliud transubstantiare: Aliud corpus dare in sacramẽtũ, aliud corpus dare in sacrificiũ: Aliud est christũ manducari à fidelibus, aliud christũ mori pro fidelibus Aliud nomẽ dare my

sterijs

ſterijs, aliud ſeſe dare pro mũdi vi-
ta. Aliud vſũ rei præſcribere, aliud
naturas rerum inuertere. Qui nomi-
na mutat rerum, non is protinus re-
rum mutat ſubſtãtias: perinde ac ſi
Chriſtus nunc Rom. pontificem lu-
pum nuncuparet, non ideo pontificẽ
in lupi ſubſtantiam demutaret. Nõ
igitur negamus panẽ quidẽ in cœna
proponi. Quin & fatemur eſſe cor-
pus chriſti, & carnẽ quodamodo ip-
ſius, at non eam, quam in illa tũ con-
cione Ioan. promiſerat datũ iri pro
mundi vita ac redemptione. Nã ali-
oqui in cœna redẽptus fuiſset mun-
dus ſi modo ad cœnam promiſsio illa
pertinuiſset. Omnis itaq; error eſt
in pronomine: Daturus: quod enim
chriſtus de cruce ſentiebat, id iſte

ad cœnam accommodat. Vnde in hūc modum contra Bonerum ἀντισυλλογίζειν licebit.

¶ Argum. contra Bonerum.

Ba Caro christi apud Ioā. hoc loco promissa, ī cruce tantū dabatᷣ.

ro Cœna non erat crux christi.

co. Ergo in cœna caro illa non dabatur.

¶ Minoris confirmatio.

Da Vita seu redemptio mundi in cruce perfecta est.

ri Caro christi apud Ioan. promittebatur pro mundi vita.

j. Ergo caro christi pro mū. vita in cruce tantū promittebatur.

¶ Minoris probatio.

Verba sunt Ioā. 6. Panis quem ego dabo caro mea est, quam ego dabo pro mundi vita.

Se

Secundus extat Boneri locus ex eodem capite, his nimirū verbis. Nisi ederitis carnē filij hominis & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis. Ex ijs verbis craſſa Boneri theologia, ſubtilem ſtruit tranſubſtātiationem, nullam ratus manducationem eſſe aliam, niſi Eucharisticam. Sed dabit nobis hāc veniam Bonerus vt, æqua pace ipſius, Auguſtinum hic iudicem adhibeamus, vel ſaltem ex æquo conſultorē cum ipſo conferamus. Cuius iudicio ſi quid tribueret Bonerus, facilè cerneret legēdis illius libris, hoc ipſum manducare, in theologia christi, idē eſſe, quod credere in Christum. Rurſusq; ex pſal. 98. Spiritualiter verba hæc christi accipiēda eſſe, Atque

adeo in hunc ipsum locum cōmētās: nō hoc īquit, corp. mādúcaturi quod videtis, nec bibituri sanguinē quem fusuri sunt. Quid contra transubstā tiationem Boneri clarius? Et tamē ne nullum omnio corpus ibi existimetur: eūdē rursus audimus: Sacramentū, inquit, vobis cōmēdaui. &c.

Tertius deinceps sequitur Boneri locus, quē cōtra sanctos Dei martyres ingerere est solitus. Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. Ego sum panis viuus etc. Primū hic ordinem propositiōis inuerti videmus. Quòd si in illa propositione: Hoc est corpus meum: subiectum putent transubstantiādum in prædicatum, Iamq; sibi ipsi constare velint: carnem igitur Christi

in cibum & panem vertant necesse est, eadem conuersionis lege, qua panem superius in corpus commutant. Cæterum hoc argumento breuiter contra Bonerum contendimus.

Syllogis. Expositoriue.

Cibus noui sacrmenti idem est, quem patres nobiscum communem habuerunt.

Cibus quem patres habuerunt spiritualis erat & mysticus.

Ergo cibus quẽ in hoc habemus sacramento est spiritualis.

¶ Maioris confirmatio.

August. psal. 77. Idem in mysterio cibus & potus illorum et noster: sed significatione idem, non specie, &c.

¶ Minoris confirmatio.

Minor est D. Pauli, omnes inquit eandem escam habebant spirituale.

Expo-

ARGVMENTVM EXPOSITIO SEX-
ti cap. Ioan.

CHristus quũ quæri ſeſe à multitudine videret, non ob ſignorum miracula, ſed ob panis ſaginã: occaſionem hinc arripit de vero nutrimento, veraq́ alimonia diſſerendi: Iubens eos operari cibum, nõ temporariũ qui perit: ſed qui permanet in vitam perhẽnem. Sub hoc videlicet tropo occultè, ſed modeſtè corporis ſui mortem deſignans, quæ mundo vitam, nõ ſecus ac cibus corpori refocillationem præſtaret Idq́ quo manifeſtius cunctis ſine ambiguitate eluceret, ipſe mox verbis inuolucrum explicat euidentius, affirmans: hoc eſſe opus Dei, vt crederet

in

in eum, quem misit ille: nimirum de fide iam & cognitione sui manifestè loquens. Post deinde interiectis paucis, quum signum ab eo peteretur exemplo Mosis, qui Manna in deserto dedisset, huic rursus per Antithesin respondet Christus, conferens mortis suæ pretium, cum Manna Mosis. Manna siquidẽ illud non fuisse momẽti tanti, vt vitã conferret mãducantibus, nisi tempori iam: fidem autẽ & doctrinã suam eiusmodi esse, quæ vitam subministraret nũquã finiendã, ijs quicunq; salutari illa esca carnis suæ reficerentur. Sentiẽs videlicet non de pane Euchariſtico nec sanguine potabili: sed de vi paßionis, & fide in ipsum, qui sanguine suo pro peccatis nostris
lita-


litaret. Quod ipse iterũ verbis haud obscuris explanat. Rogatus enim à quodam panem illum dare, qui famem à se omnem, nunquam redituram, pelleret: respondet ipse docens qualis hic panis esset: nẽpe quòd quisquis ad eum accederet, & crederet in ipsum, æterno saginatus pastu nunquã deinceps famesceret. Ex quo conficitur, concluditurq́ solam fidem in Iesum Christum salutem afferre & iustificationem hominibus. Dominus Iesus fidem hanc quotidie in nobis adaugeat foueatq; ad æternam salutis nostræ satietatẽ.

Amen.

TABVLA IN SEXTVM CAPVT. IOAN. DE comparatione Christi & Mannæ.



TABVLA altera in idem Ioan. Caput.



ERRATA.

A 5.fa.1.li.9.lege inter
A. 6 fa. 2. lin. 14. lege facilè.
A. 8 fa. 1. liu. vltima. lege qui
Ibidem fa. 2. li. 1. lege faciāt. li. 2. cutiāt
aa. 1. fa. 1. lin. 6. pro loquēdi lege verborum.
B 1. fa. 2. lin. 13. lege Dilutio.
B 8. fa. 2. lin. 2. insere maiorem hanc Disparatum de desparato prædicari non potest proinde &c.
D. 6. fa. 2. lin. penultima, lege Ergo nō
G 6. fa. 2. lin. 1. lege quòd.